KEY TO ADDITIONAL LATIN EXERCISES HILLARD & BOTTING

No. 146

# KEY
TO
# ADDITIONAL LATIN EXERCISES
## TO NORTH AND HILLARD'S
## Latin Prose Composition

BY

THE REV. A. E. HILLARD, D.D.

HIGH MASTER OF ST. PAUL'S SCHOOL
JOINT AUTHOR OF NORTH AND HILLARD'S 'LATIN PROSE COMPOSITION'
AND 'GREEK PROSE COMPOSITION,' ETC.

AND

C. G. BOTTING, M.A.

ASSISTANT MASTER AT ST. PAUL'S SCHOOL

*This Key is only supplied to authenticated Teachers
Direct from the Publishers*

*It is earnestly requested that should there be no further legitimate
use for this Key, Teachers will* destroy *it, to prevent it
falling into hands for which it is not intended*

RIVINGTONS
34 *KING STREET, COVENT GARDEN*
LONDON
1916

**Price 4s. net**

## The Modern French Series.

**A Primer of French Grammar.** By A. A. Somerville. 2s. net.

**Grammaire Française Elementaire** à l'Usage des Elèves Anglais. By A. A. Somerville. 1s. 6d. net.

**Primary French Exercises.** By A. A. Somerville. 1s. 6d. net.

**A Primary Translation Book.** By Lyon and Larpent. 1s 6d.

**Beginners' Texts.** 7d. each net.
Recueil de Pièces Faciles.
Premières Lectures Françaises.
Nouvelles et Anecdotes.
Les Deux Sœurs. Historiettes.
Mêle-toi de ton Métier.
La Belle au Bois Dormant: Le Chat Botté.
Petites Histoires Enfantines.
Ce qu'on voit. Huit Contes.

**Elementary Texts.** 9d. each net.
Deux Contes d'Andersen.
Les Enfants Patriotes.
Le Petit Tailleur Bouton.
L'Expédition de la Jeune-Hardie.
Un Cas de Conscience.
L'Histoire de la Mère Michel et de Son Chat. Seulette.
Les Prisonniers du Caucase.
Récits de Guerre et de Révolution.
Une Aventure du Célèbre Pierrot.
Laurette ou Le Cachet Rouge.

**Intermediate Texts.** 1s. each net.
Deux Légendes Bretonnes Recueillies et Traduites en Français.
Le Trésor du Vieux Seigneur.
Chez les Sauvages.
Histoire d'un Paysan. Chs. i.–iv.
Yvon et Finette.
Récits de la Vieille France.
Le Pacte de Famine.
L'Evasion du Duc de Beaufort.
La Cigale chez les Fourmis.
L'Œillet Rouge. Murat.

**Advanced Passages for Unseen Translation.** By H. C. Steel. 2s. 6d. net.

**Advanced French Prose Composition.** By J. Duhamel. 4s. 6d. net.

**Advanced Texts.** 9 vols. 2s. each.

---

**Graduated French Exercises** (164) and Questionnaires on Accidence and Syntax. By F. E. Robeson. 3s. 6d.

**A First Year French Writer.** By G. H. Wade. 2s. 6d. Second Year. 3s. 6d. Third Year. 3s. 6d.

## Single Term French Readers.

Six Elementary Books of graduated difficulty. By B. Minssen.

Book I., 9d. net, II., III., IV., V., VI., 1s. each net.

## Direct Method French Series.

**A First Book of Oral Teaching.** Illustrated. 2s. Four of the Illustrations, enlarged for Wall Pictures. 3s. 6d. each net; or varnished, 6s. each net.

**Lessons 1–60 phonetically transcribed** by D. L. Savory. Illustrated. 1s. net.

**Fables en Prose et en Vers.** Illustrated. 2s. 6d.

**Mélanges Français.** Illustrated. 2s. 6d.

**Anecdotes et Récits.** Illustrated. 2s. 6d.

**Lectures et Conversations Françaises.** With Maps. 2s. 6d.

**Pages Choisies.** 1s. 6d.

**Poetical French Reader.** 2s. 6d.

**Grammaire Française Pratique sur la Méthode Inductive.** 3s. 6d. Also, Part I., forming a complete Elementary Grammar. 2s. 6d.

**Easy Oral (or Written) French Prose Composition.** 1s. net.

**French Texts.** With Notes and Oral Exercises *both in French*, Passages for Retranslation, *Questionnaires*, Illustrations; and Vocabularies to the "Beginners" and "Junior" Texts. Each Volume 1s. net.

Beginners':—1. Nouvelles et Anecdotes. 2. La Belle au Bois Dormant and Le Chat Botté. 3. Historiettes. 4. Huit Contes. 5. Hansel et Gretel. 6. Le Roi de a Montagne d'Or.

Junior:—1. Histoire de la Princesse Rosette. 2. Mateo Falcone and L'Enlèvement de la Redoute. 3. Trois Contes de Fées. 4. A Selection from La Fontaine's Fables. 5. Histoire d'Ali Baba. 6. Histoire d'un Chien and Le Vilain petit Canard. 7. Seulette. 8 Trésor des Fèves et Fleur des Pois. 9. Récits de Guerre et de Révolution. 10. Les Prisonniers.

Intermediate:—1. Croisilles and Selections of Verse. 2. Sindbad le Marin. 3. Les Jumeaux de l'hôtel Corneille. 4. Tamango and Le Coup de Pistolet. 5. Les Quatre Talismans. 6. Waterloo. 7. L'Evasion du Duc de Beaufort. 8. Le Mari de Madame de Solange. 9. Chez les Sauvages.

Comedies:—1. Le Voyage de Monsieur Perrichon. 2. Le Baron de Fourchevif. 3. La Joie fait Peur. 4. Le Major Cravachon. 5. Le Diplomate.



By A. R. Florian.

**Passages for Translation into French.** Junior. 1s. 6d. Senior. 2s.

**French Unseens, Junior.** 1s. 4d.

**French Unseens, Senior.** 1s. 6d.

**A First French Course.** 2s. 6d.

**The First Twenty-eight Lessons and their Special Vocabularies of "First French Course" Phonetically Transcribed.** 1s. 4d. net.

**A 2nd French Course.** 2s. 6d.

**French Grammatical Readers.** *Series A.*—With Vocabularies. 1s. 6d. each. Le Blocus, par Erckmann-Chatrian. L'Evasion d'Edmund Dantès, par Dumas. L'Homme à l'Oreille Cassée, par About. *Series B.*—No Vocabularies, 1s. 6d. each; with Vocabularies, 2s. each. Nouvelles Génevoises, par Töpffer. Le Capitaine Pamphile, par Dumas. Contes Choisis.

**First Book of German Oral Teaching** on the Direct Method. 3s. 6d.

**German Unseens.** 3s.

---

By F. V. Massard.

**Elementary French Composition—Direct Method.** 2s. 6d.

**A French Composition Book—Direct Method.** 2s. 6d.

**Direct Method French Readers.** *Junior Series.*—With Vocabularies. 1s. 6d. each. La Mare au Diable, par G. Sand. Quatre Contes, par Mérimée. Lettres de mon Moulin, par Daudet. Deux Nouvelles: Pierre et Camille et Croisilles, par Alfred de Musset. *Senior Series.*—No Vocabularies. 2s. ea. Bug-Jargal, par Hugo. Pêcheur d'Islande, par Loti. Colomba, par Mérimée. Le Roi des Montagnes, par Edmond About.

---

**Le Français par l'exemple et les textes.** 6 Livres. Par C. L. A. Bonne. Livre I. 1s. 4d. net. Prononciation, Lecture, Grammaire, Thème, Version, Conversation. Livre II. 1s. 4d. net. Livre III. 1s. 6d. net.

**Passages for Advanced French Prose.** By R. J. Morich. 3s. 6d.

**French Unseens:**—Junior Course.—2 books. 6d. each net. Senior Course.—2 books. 8d. each net.

**A Primer of German Grammar.** By Somerville and Byrne. 2s. net.

**Primary German Exercises,** 2s. net, and **A First German Writer,** 3s. 6d. By the same Authors.

**German Texts:—Beginners'.** 6 Vols. 9d. each net.
**Elementary.** 5 Vols. 1s. each net.

**German Prose Composition.** By R. J. Morich. 4s. 6d.

---

Edited by D. L. Savory. 1s. 6d. each Vol.
Rivingtons' Direct Method Easy German Texts.
Gerstaecker's Germelshausen.
Hauff's Die Errettung Fatmes.
Riehl's Die 14 Nothelfer.
Riehl's Der Stadtpfeifer.
Zedelius's Geleite die drauszen sind!
Rivingtons' Direct Method Elementary German Texts.
Marie von Ebner-Eschenbach's Krambambuli.
Gerstaecker's John Wells.
Hauff's Das Gespensterschiff.
Muellenbach's Johannissegen.
Riehl's Der Dachs auf Lichtmess.
Seidel's Die Geschichte des Jungen Herrn Anton.

---

**Material for Précis Writing.** By H. A. Treble. 3s. 6d.

**English Grammar and Composition.** By G. A. Twentyman.
Part I. First Year's Course. 1s.
Part II. Second Year's Course. 1s. 6d.
Part III. Middle School Composition. 2s. 6d.

**Macaulay's Lays of Ancient Rome.** With Historical Introduction and Text containing references to the Introduction. By W. Edwards. 1s. 6d. net.

**Notes on English Literature.** By W. Edwards. Part I. Skelton to Shakespeare. 3s. net.

## English Classics for Schools.

Grade I. 6d. each net.
1. Burns, Byron, and Campbell's Shorter Poems. 2. English Ballads (First Series). 3. English Ballads (Second Series). 4. Macaulay on Clive.* 5. Macaulay on Warren Hastings.* 6. Scott's Kenilworth.* 7. Scott's Talisman.* 8. Wordsworth's Shorter Poems.

Grade II. 10d. each net.
1. Anson's Voyage Round the World.* 2. Cook's Voyages.* 3. Defoe's Plague of London.* 4. Longfellow's Evangeline. 5. Pope's Iliad,* 2s. net. 6. Prescott's Conquest of Mexico,* in 2 Parts, or in 1 Vol., 1s. 4d. net.
* The text of these books is reduced.

Grade III.
Burke on the French Revolution. The text reduced. 1s. 4d. net.
Burke on America. 1s. 6d. net.

KEY TO

ADDITIONAL LATIN EXERCISES

TO NORTH AND HILLARD'S

LATIN PROSE COMPOSITION

*Crown 8vo.  2s. 6d.*

*No.* 146.

# KEY TO ADDITIONAL LATIN EXERCISES

## TO NORTH AND HILLARD'S Latin Prose Composition for the Middle Forms of Schools

BY

THE REV. A. E. HILLARD, D.D.
HIGH MASTER OF ST. PAUL'S SCHOOL

AND

C. G. BOTTING, M.A.
ASSISTANT MASTER AT ST. PAUL'S SCHOOL

RIVINGTONS
34 *KING STREET, COVENT GARDEN*
LONDON
1916

## Exercise 1

1. Regis filius ad urbem iit ut pacem rogaret.
2. Filium meum misi ut panem emeret.
3. Celeriter current ne videantur.
4. Hoc fecisti ne occidereris.
5. Pauper laboravit ut dives fieret.
6. Ad urbem iter fecerunt ut amicis subvenirent.
7. Ad castra cucurrit ne interficeretur.
8. Progressi sumus ne consilium nostrum cognoscerent.
9. Ad urbem non ibimus ne accusemur.
10. Ad castra nos recipiamus ne equi fessi fiant.

## Exercise 2

1. Aegri in castris manebant ne dolorem paterentur.
2. Celeriter eamus ut amicos servemus.
3. Proelium non vitavit, ne ignavus putaretur.
4. Eis qui laborant subvenire debemus.
5. Ignavus qui in castris manebat gladio interfectus est.
6. Ad urbem ibimus ut pauperibus panem demus.
7. Filium tuum mitte ut regis consilium cognoscat.
8. Ad campum nos recepimus ut tuti essemus.
9. Omnes laborare debent ne pauperes sint.
10. Arma in castris erant ne caperentur.

## Exercise 3

Rex, ut proelium vitaret, ad campum iter fecit. Pauper qui ad urbem iverat ut panem emeret et redibat, arma et equos vidit. Panem quem emerat in via reliquit et ad urbem rediit. Fessus et aeger dolore fuit sed celeriter cucurrit ne caperetur. Ignavus putari non debet nam urbem servavit. Ab eo consul regis consilium cognovit, quod ita impeditum est. Filium suum misit qui ad campum progressus regis exercitum cepit. Omnes pauperem laudaverunt qui ipse damnum passus erat ut amicis subveniret.

## Exercise 4

1. Tantum est periculum ut nostri timeant.
2. Flumen tam altum erat ut non transiremus.
3. Dolorem patiuntur ut amicis subveniant.
4. Tuti in castris maneamus ne interficiamur.
5. Totiens se recepit ut eum despiciamus.
6. Tot arbores in flumine iacebant ut facile transiremus.
7. Tanta erat virtus eius ut sequeretur.
8. Ipse laborat ne a pauperibus accusetur.
9. Regis filium in castris reliquerunt ne caperetur.
10. Te totiens vicimus ut te despiciamus neque fortem putemus.



## Exercise 5

1. Tantus eorum metus erat ut flumen non transirent.
2. Procedamus ut urbem servemus.
3. Tot divites accusavit ut ab omnibus timeatur.
4. Omnes ad urbem eunt ne opus impediatur.
5. Ignavi secuti sunt ne interficerentur.
6. Tam celeriter cucurrit ut eum non rursus videremus.
7. Arborem ascendit ne domum mitteretur.
8. Dolor eius tantus erat ut amicos non sequeretur.
9. Tantus nostrorum metus est ut ad urbem non redeant.
10. Omnes laborare debemus ne consulis consilia impediantur.

## Exercise 6

Tanta tempestas coorta erat ut nix alta humi iaceret et multae arbores in flumen cecidissent. Nostri tamen adeo periculum despexerunt ut a campo progressi flumen transirent. Quos impedire non ausus rex celeriter ad castra se recepit ut proelium vitaret: inde postridie profectus facile ad urbem advenit. Nostri tam defessi erant ut sequi non possent; sed quanquam passi erant regem effugere consul virtutem eorum adeo laudavit ut pleni spei domum redirent.

## Exercise 7

1. Fortissimi ab urbe abierunt ne quis fame moreretur.
2. Regis milites vincamus ne ipsi interficiamur.
3. Ita locutus est ut omnes eum laudarent.
4. Tempestas coorta est nec ullae naves servatae sunt.
5. Moenia defendunt ne ignavi putentur.
6. Tot milites in urbe erant ut nulli cives tuti essent.
7. Tantus nostrorum timor erat ut nemo progrederetur.
8. Lex talis est ut pauperes non defendat.
9. Redibit ne quis eum ignavum appellet.
10. In urbe mansimus ne rursus unquam mare transiremus.

## Exercise 8

1. Soli in castris mansimus ut aegris subveniremus.
2. Tantum est periculum ut nemo ab urbe proficiscatur.
3. Tot arbores in hoc loco sunt ut urbem videre non possimus.
4. Omnes ignavos occidamus ne quis pacem roget.
5. Tale est opus ut a paucis impediri possit.
6. Solus in campo relictus est ut frigore moreretur.
7. Divites pauperibus subvenient ne quis fame moriatur.
8. Virtutem eorum laudemus ne ullum periculum vitent.
9. Nave effugit ne a quo accusaretur.
10. Tanta tempestas coorta erat ut nemo mare transire auderet.



## Exercise 9

Aegri qui domum redierunt nuntium ad nos de exercitu attulerunt. Multa ipsi in itinere patiebantur, nam nix tam alta erat ut non facile a castris proficisci possent. Per eos multa cognovimus. Nostri frigore et fame in fossis moriuntur: hostes tam ferociter procedunt ut vix eis resistere possint. Est prope eos collis quem capere debent ne inde diutius hostes tela in eos iacere possint: nocte iter faciunt ne quis eos videat sed periculum maximum est. Multi tam labore confecti sunt ut arma abiecerint et humi iaceant. Tandem novas copias misimus ne cogantur locum, quem defendere conantur, relinquere.

## Exercise 10

Elephantus imperatorem cotidie prope domum mulieris, quae panem vendidit, portabat: pauci milites sequebantur ut eum ab omnibus incursionibus defenderent. Mulier elephanto panem dabat ne famem pateretur. Olim animal tam ferox factum est ut huc illuc per urbem curreret: mulier tam ignava erat ut non auderet diutius in loco manere sed domo fugeret et infantem, quem portabat, humi iacentem relinqueret. Hunc elephantus sustulit et tutum ad templum, quod prope mulieris domum erat, tulit, ne laederetur. Tale praemium humanitatis mulier accepit.

## Exercise 11

Hannibal, dux Poenorum, olim exercitum trans flumen magnum et altum ducere conabatur. Muli et equi, oneribus onerati, facile transierunt: elephanti tamen tam pleni timoris erant ut progredi non auderent. Tot hostes sequebantur ut diutius in campo manere non auderet. Hannibal, qui constituerat eos transire cogere, iussit militem quendam unum ex animalibus gladio sub aure vulnerare et se in flumen iacere. Tum elephantus, ferox propter dolorem, in flumen cucurrit ut eum qui se vulneraverat interficeret: reliqui sequebantur ne soli relinquerentur. Talibus consiliis Hannibal adeo omnia pericula vitabat ut Romanos prope vinceret et etiam hostes virtutem suam mirari cogeret.

## Exercise 12

Erat olim in urbe quadam Graeca mulus vetus qui, quamquam non diutius onera portare cogebatur, laborem adeo amabat ut ignavus esse non posset. Nam, ubi cives huius urbis templum in alto colle aedificabant, sponte sua cum reliquis mulis, qui lapides portabant, nullo onere oneratus, collem ascendebat ut eos, labore confectos, incitaret. Hoc ubi cives cognoverunt, adeo virtutem eius mirabantur ut legem ferrent qua iusserunt frumentum ei cotidie dari ne unquam fame moreretur.



## Exercise 13

1. Facile erit barbaros punire.
2. Nolebamus ignavis, qui patriam prodiderant, prodesse.
3. Solebant pecuniam in templis celare.
4. Constituimus castra in alto colle ponere.
5. Turpius est mentiri quam effugere.
6. Dicebatur ditissimus esse.
7. Ego malebam in urbe manere, tu collem ascendere.
8. Omnes cogimur multa inviti facere.
9. Alii regere, alii parere debent.
10. Ignavi est pro patria mori nolle.

## Exercise 14

1. Pro patria pugna ne ignavus videaris.
2. Tam pauper erat ut pecuniam afferre non posset.
3. Cupe laudari; conare discere.
4. Mentitus est ut pugnare sineretur.
5. Iucundum est laudari, turpe fugere.
6. Tam stultus erat ut nemo ei pareret.
7. Imperator qui conatus est patriam prodere interficietur.
8. E patria effugit ne umquam pugnare cogeretur.
9. Maluit scutum abicere ne occideretur.
10. Non ausi erant duces sequi.

## Exercise 15

Militis vita prope tota in labore et periculo agitur. In itinere gladios, scuta, frumentum portant: colles ascendunt, magnos campos et alta flumina transeunt: adeo frigus despiciunt ut per nivem proficisci audeant nec maximas tempestates timeant. Ubi domos reliquerunt desinunt sibi consulere, omnia faciunt ut patriae prosint, urbis moenia servent, cives suos ab hostium impetu defendant. His pro meritis praemia tam parva accipiunt ut vix mirari possimus si in multis urbibus pauci volunt milites fieri. Sed bonus civis adeo patriam amat ut eam contra barbaros defendere cupiat: ignavi tamen inviti arma capere coguntur.

## Exercise 16

1. Urbe capta ad castra rediit.
2. Obsidibus traditis ex urbe egredi voluimus.
3. Imperator victus in urbe accusabitur.
4. Hanc urbem expugnatam incendimus.
5. Nuntio occiso effugit ne poena afficeretur.
6. Gladio in castris relicto ad collem progressus est.
7. Prope portam constitit ne a quo videretur.
8. Principibus arcessitis hoc poposcit.
9. Imperator creatus patriae prodesse conatur.
10. Captivi liberati domum redibunt.



## Exercise 17

1. Novas copias collegit ut hostes aggrederetur.
2. Rex expulsus urbem expugnare conatus est.
3. Nocte profectus rediit ut nos arcesseret.
4. Cum ad flumen advenissemus consistere coacti sumus.
5. Hieme appropinquante diutius morari nolebamus.
6. Urbe visa non diutius nuntiis credidimus.
7. Ad moenia progressi castra ponere volebamus.
8. Miles captus mentitus est ut imperatorem servaret.
9. Patre meo timente constitui domi manere.
10. Exercitum collectum contra barbaros misimus.

## Exercise 18

Iulius Caesar, imperator factus, multas et bonas leges tulit ut patriae prodesset: principes tamen civitatis voluerunt eum interficere, e quibus unum, M. Brutum, Caesar inter amicos habuerat. Die constituto Caesar mane profectus est ut ad Curiam iret, nolente uxore, quae, somnio monita, periculum timebat. In itinere, consilio per amicum cognito, maluit tamen ire quo constituerat quam redire et ignavus videri. Cum ad Curiam pervenisset, Cimbro quodam aliquid poscente, ab aliis interfectus est: Bruto viso, non diutius resistere conatus, 'Et tu, Brute' clamans cecidit.

## Exercise 19

1. Castris in silva positis progressi sunt ut obsides poscerent.
2. Exercitu collecto hostibus resistere potuerunt.
3. Duces captos interfecimus.
4. Hoc locutus ad urbem rediit.
5. Mortuo consule hostes progredi constituerunt.
6. Nos hortans ne patriam proderemus mortuus est.
7. Tam defessi eramus ut duci parere non possemus.
8. Urbem incendere conans interfectus est.
9. Nocte appropinquante ibimus ut hostes adoriamur.
10. Rege expulso pax erit.

## Exercise 20

1. Alii ierunt ut hostes sequerentur, alii manebant ut castra defenderent.
2. Exercitu in silvam reducto haec dixit.
3. Magna pecunia accepta non diutius te timebamus.
4. Illis loqui nolentibus coactus sum regis adventum exspectare.
5. Urbem conditam muris munierunt.
6. Tam libenter secutus est ut numquam rursus punirem.
7. Cum dux advenisset urbem prodere non poterant.
8. Parere constituit ne cui ignavus esse videretur.
9. Non tam difficile erit vere progredi.
10. In urbe moratus copias ad parvam silvam eduxit.



## Exercise 21

Regente Anco Martio Tarquinius cum uxore ad urbem iit ut dives fieret. Hunc rex adeo in amicitiam accepit ut liberorum custodem faceret: tandem, Anco mortuo, cives Tarquinium regem creaverunt. Rex factus Servium quendam Tullium adoptavit qui tam potens esse videbatur ut Tarquini filii timerent, et, ne umquam patre mortuo rex fieret, hoc consilium inirent. Iusserunt duos iuvenes ad regem arcessitos interficere. Hoc facto mortui regis uxor, re celata, Servium Tullium iussit pro eo regere: rex vulneratus esse putabatur.

## Exercise 22

Cum res non diutius celari posset et cives de morte Tarquini cognovissent, Servius Tullius tam potens iam factus erat ut expelli non posset. Illo regente urbs maior fiebat et templum aedificatum est. Sed Tarquini filius, cui Servi filia nupserat, consilio cum principibus civitatis inito, constituit eum interficere. Consilio cognito Servius statim ad Curiam iit: ingredientem Tarquinius rapuit et sublatum in viam iecit: missi a Tarquinio, regem fugientem secuti, interfecerunt. Tullia, Tarquini uxor, currum per corpus patris in via iacentis egit.

## Exercise 23

[N.H. 32-35]

Mortuo Servio Tarquinius rex factus est, sed tanta saevitia regebat ut cives eum expellerent. Illo expulso urbs a consulibus regebatur. Porsenna, rex finitimus, contra Romanos cum exercitu iter fecit ut Tarquinium reduceret. Exercitu appropinquante pauperes adeo timebant ut domibus relictis ex agris in urbem irent ut tuti essent. Urbe prope capta Horatius, omnibus timentibus, tam fortis erat ut hostibus flumen transire conantibus cum duobus aliis in ponte resisteret. Cives pontem rescindere iussit: quo prope rescisso, solus relictus et saucius, non destitit hostes aggredientes repellere. Tandem, cadente ponte, cum in flumen se iecisset, ad alteram ripam tutus pervenit.

## Exercise 24

1. In Asiam. Sagunto. Florentiae. Pisae. Nocte. Carthaginem.
2. In urbem ad Caesarem ibimus.
3. Abhinc tres annos consulem Brundisi vidi.
4. Rus decem diebus redibimus.
5. Domo profectus ad urbem sex diebus pervenit.
6. Eo die in urbe pugnatum est.
7. Tanta tempestas Brundisi coorta est ut navem solvere non possemus.
8. Quinque milia passuum progressi Athenas prima luce pervenimus.
9. Rus ire voluit ne quis (se) sequeretur.
10. Tam diu Nolae manebat ut nemo consilium eius cognosceret.



## Exercise 25

1. Paucis ante annis rure redierat ut me videret.
2. Postridie castra tria milia ab hostibus posuimus.
3. Tempestate coorta Athenis manere coacti sumus.
4. Rure totam aestatem morati Romam hieme appropinquante redibimus.
5. Tredecim annos natus, rure profectus, Londinium iit.
6. Multos annos bellum gessimus ne quis nos ignavos appellaret.
7. Castris solis occasu relictis totam noctem iter fecimus.
8. Decem diebus progrediemur ut tibi subveniamus.
9. Constituimus in castra ad imperatorem ire.
10. Hostes nos prima luce aggressi vespere se receperunt.

## Exercise 26

Constituimus hac hieme longum iter per multas terras facere. Domo prima luce relicta mare tribus horis transibimus et Lutetiam vespere perveniemus. Paucos dies in illa pulchra urbe morati e Gallia in Italiam ibimus et Brundisi navem solvemus. Mari iterum transito tandem perveniemus Athenas, quam urbem tot annos videre cupio. Nam quamquam multos iam annos natus sum et multos libros a Graecis scriptos legi, nunquam pulcherrima illa templa, iucundissimas illas silvas vidi, ubi colles in campum despiciunt in quo multis ante annis gens omnium fortissima et sapientissima armis captis barbaros aggressos reppulit.

## Exercise 27

Urbe prima luce relicta rus ivi ut fundum meum viderem. Nunquam silvae et campi iucundiores visae erant. Agros cum uxore et filia ingressus frumenta, pecora, arbores, omnia mirabar. Prope domum meam parvum flumen est, aestate non tam altum ut non possit pedibus transiri ; sed hieme appropinquante tantae tempestates cooriuntur ut saepe pontibus rescissis homines pereant. Hoc flumine postridie transito currum egimus ad oppidum, inde ad templum quod ab hoc oppido paene duo milia passuum abest. Sacerdos porta aperta nos templum inire et omnia explorare sivit. Apud eum paulisper morati domum regressi sumus. Postridie invitus coactus sum Londinium redire ut laborarem et docerem. Quis non mavult rure vitam agere ?

## Exercise 28

1. Huius urbis muri paulo altiores erant quam tua domus.
2. Caesar, vir magna sapientia, cives amabat et ab eis amabatur.
3. Exercitus quem barbari paraverunt multo maior quam noster est.
4. Virtute nostra et deum auxilio freti patriam liberabimus.
5. Bellum terra marique geritur ne hostes urbe nostra potiantur.
6. Pauperes saepe sorte contentiores sunt quam divites.
7. Uxor tua duobus pedibus altior quam filius est.
8. Vir infirmo corpore maluit pugnare quam ignavus appellari.
9. Imperatori saucio opus erat auxilio.
10. Vir magna virtute laborem magna difficultate suscepit.



## Exercise 29

1. Scimus Caesarem Gallos vicisse.
2. Constat imperatorem mortuum esse.
3. Promisimus nos solis occasu redituros esse.
4. Exercitu parato voluimus proficisci.
5. Speravimus urbem proditum iri.
6. Non sensisti nos Romam iter fecisse.
7. Nuntii rettulerunt novas copias mox adventuras esse.
8. Dic civibus nos armis captis urbem defensuros.
9. Promisimus nos obsides Romanis daturos.
10. Hoc locutus minatus est se castra moturum esse.

## Exercise 30

1. Scivit se patrem decepisse.
2. Ipse voluit domum redire.
3. A militibus proditus se in mare iecit.
4. Ipse scivisti eos a rege deceptos esse.
5. Rure mortuus Romae sepultus est.
6. Scit eos ignavos ab omnibus appellatum iri.
7. Ipsi nuntiavimus cladem in Asia acceptam esse.
8. Vir magna virtute negavit se cessurum esse.
9. Putavimus ipsum pecuniam nobis daturum.
10. Ipse negavisti te libros Athenis relicturum.

## Exercise 31

1. Scivimus eos exercitum redeuntem aggressos esse.
2. Milites credebant se iter confecisse.
3. Scio te ad me in castra venturum esse.
4. Numquam victi negavimus nos iam cessuros esse.
5. Certiores facti sumus bellum aestate confectum iri.
6. Sciebamus imperatorem ditissimum esse.
7. Abhinc tres annos simulaverunt se nos mirari.
8. Certiores facti sumus omnes civitates obsides dare.
9. Affirmavit novas copias iam advenire.
10. Nuntiatum est Gallos ab hostibus circumdatos esse.

## Exercise 32

[N.H. 47-50]

1. Spero me hostes paucis diebus aggressurum esse.
2. Captivus ipse credidit se interfectum iri.
3. Legiones dicebantur Carthaginem iter facturae esse.
4. Certiores facti hostes castra nostra circumdare constituimus pugnare.
5. Ne quis timeret imperator dixit novas copias advenire.
6. Exercitus dicitur tres horas in colle pugnavisse.
7. Exploratores senserunt Gallos castra moturos esse.
8. Legati, cum cognovissent regem Athenis esse, domum redierunt.
9. Animadvertimus arborem altiorem quam domum esse.
10. Arbitratus eum non intellegere caedere nolebam.



## Exercise 33

Scitis, milites, vos pro patria pugnare, necesse esse vos non solum hostium impetum sustinere sed ita sustinere ut intellegant nos vinci non posse et nolint rursus nos adoriri. Constat eos fortes esse : ipse eos in Gallia pugnantes vidi nec puto facile fore repellere. Simulabunt se vinci et ad oram fugient ut vos eos despiciatis et sequamini : spero vos non deceptum iri sed in vallis munitis mansuros. Haec expugnare non poterunt : stultum igitur erit de collibus descendere. Vestra virtute fretus statui impetum eorum exspectare et in hoc loco aut vincere aut mori.

## Exercise 34

Quattuor coniurati, templum ingressi, dixerunt se venisse ut proditorem celatum peterent. Is, cum clamavisset se deum ministrum, non proditorem, esse, descendit ut eis obviam iret. Minitantibus respondit se non vereri : nam videtur constituisse eadem virtute mori quam iuvenis in proelio saepe praestiterat. A numero superioribus superatus satis validus erat ut se defenderet et impetum eorum paulisper repelleret. Tandem saucius et labore confectus cecidit : quidam e ministris extemplo occidit. Simul coniuratos monuit necesse esse fugere : mortuum esse proditorem nec rursus surrecturum.

## Exercise 35

Tiberius Gracchus iuvenis tam bonus et probus esse putabatur ut propter virtutem augur crearetur. Hunc Appius Claudius, vir magna sapientia, adeo mirabatur ut in amicitiam acciperet et generum habere vellet, nam iure credidit eum aliquando clarum in civitate factum iri. Hoc dicenti respondit Tiberius et se magnopere cupere filiam eius ducere. Re ita constituta (nam in talibus rebus Romanorum filiae patribus parere solebant) Appius domum rediit. Ingrediens clamavit uxori se virum filia sua dignum invenisse. Illa mirata respondit ‘ Cur tanto gaudio nuntias ? nisi forte ’ (vix credens verum esse) Tiberium Gracchum maritum invenisti.’

## Exercise 36

Post mortem Mausoli, Artemisia uxore eius regnante, Rhodii, arbitrati civitate sua indignum esse mulierem regno potiri, navibus paratis profecti sunt ut eam expellerent. Hac re nuntiata Artemisia naves quasdam in minore portu celavit : simul iussit cives in muro esse. Cum cognovisset Rhodios cum navibus in maiorem portum venisse iussit cives polliceri se urbem eis tradituros. Rhodiis portas ingressis, navibus inanibus relictis, Artemisia extemplo suas naves e minore portu in maiorem eduxit : inde hostium inanes naves in altum abduxit. Ita Rhodii, in urbe relicti, in foro interfecti sunt.



## Exercise 37

1. Dixit se velle equum mille sestertiis emere.
2. Scio te sapientiam flocci non facere.
3. Hoc tanti aestimabat ut vendere nollet.
4. Scimus victoriam imperatori multis militibus stetisse.
5. Respondit se velle fundum vili vendere.
6. Non credo servum libertatem talento emere posse.
7. Urbe obsessa libertatem pluris aestimamus.
8. Iussus vera loqui parebo.
9. Dixit se frumentum in Gallia vili emere posse.
10. Carthagine nemo flocci facit libertatem.

## Exercise 38

1. Hi barbari nesciunt patriam nostram aliquid antiqui roboris conservare.
2. Belgae a Caesare dicebantur gens totius Galliae fortissima esse.
3. Alii nostrum nimis virtutis habent, alii omnem spem amiserunt.
4. Multa milia optimorum militum in hoc bello ceciderunt.
5. Scio eum primum nos hortatum esse.
6. Magna tempestate coorta pleraeque navium perierunt.
7. Hoc dicit ne quid detrimenti patria accipiat.
8. Plerique Romanorum putabant Graecos nimis eloquentiae habere.
9. Civium alii resistere, alii se tradere volunt.
10. Querebatur obsides non missos esse.

## Exercise 39

1. Polliciti sunt se bellum quam primum Germanis indicturos.
2. Difficile est eis qui sibi non credunt credere.
3. Toti exercitui praefectus ad Galliam profectus est.
4. Hostibus nos adortis resistere vix poteramus.
5. Imperatoris est eis qui non diutius sibi resistunt parcere.
6. Eis qui patriam prodere volunt iure irascimur.
7. Certiores facti sumus eos nostris cruciatum minatos esse.
8. Difficile est iudici qui sibi temperare non potest credere.
9. Promisit se obsides Gallis non imperaturum.
10. Sciebamus Germanos bellum Belgis inferre constituisse.

## Exercise 40

Cum duces et militum ei qui secuti erant hac caede perissent in magna erant difficultate Graeci. Sciebant se a multis et saevis gentibus circumdatos esse, neminem sibi frumentum venditurum, se multa milia passuum a Graecia abesse neque duces itineris habere. Constat eos a barbaris proditos et solos sine equitibus relictos esse. Omnes tamen libertatem tanti aestimabant ut constituerent non in deditionem venire sed Persis arma tradere iubentibus resistere. E quibus unus, Xenophon nomine, toti exercitui praefectus, sibi non defuit : spe nunquam amissa pollicitus est se eos in Graeciam incolumes reducturum.



## Exercise 41

In itinere magnas clades acceperunt, magna obierunt pericula, quae multis post annis amicis mirantibus domi narrare solebant. Xenophon ipse, qui librum de tota re scripsit, affirmat se barbaros quosdam sub terra cum liberis, pecoribus, frumento, omnibus bonis habitantes invenisse. Rogati dixerunt terram Armeniam appellari. Huius gentis principem Xenophon non timere iussum in amicitiam accepit, pollicitus se ei non nociturum. Ab eo frumento et vino accepto Graeci in hac regione paucos dies manserunt. Credimus eos vera esse locutos, nam viatores qui his temporibus ad Armeniam eunt dicunt se vicos his similes invenisse et, equis in colle lapsis, in medios barbaros cenam sub terra edentes cecidisse.

## Exercise 42

Inde, principe vici duce itineris usi, rursus profecti sunt : a quo relicti septem dies sine duce progrediebantur. Multis gentibus, quarum per fines iter fecerunt, aggressis, spem non amiserunt : barbarorum alii aditus obsederunt, alii lapides in eos de collibus iecerunt. Tandem via per angustias patefacta ad altum montem, unde mare videre poterant, pervenerunt. Constat eos extemplo magno gaudio clamavisse 'Thalatta ! Thalatta' (quo nomine Graeci mare appellant). Multa tamen pericula restabant, quae omnia Xenophon, qui magna sapientia officio functus est, superavit. Hoc duce freti, aliis in proelio interfectis, aliis morbo mortuis, plerique incolumes ad patriam redierunt.

## Exercise 43

Magna cena olim a rege parata, senex quidam et filius invitati ierunt ut ei interessent. Pater, vir magna sapientia, qui talium rerum peritus erat, constituit filium monere, ne nimis vini biberet et stultus videretur. Itaque, cena magnopere fructus, ita loqui coepit : ' Mihi crede, mi fili, sapientis est sibi temperare : ipse malo parum quam nimis edere et bibere. Volo igitur te monere. In extrema mensa duae lucernae sunt : hae si duae lucernae tibi quattuor videntur esse, pro certo habeo te satis vini bibisse.' ' Ignosce mihi, pater,' respondit filius, ' una lucerna in extrema mensa est.'

## Exercise 44

1. Regi a pauperioribus civibus invidebatur.
2. Paucos dies tibi ab amicis subvenietur.
3. Scimus tibi a divitibus faveri.
4. Ita locutus est ne cui nocentium a iudicibus crederetur.
5. Hostibus ad oppidum repulsis subventum est.
6. Eis qui maiori parti persuaserant parcebatur.
7. Aditu obsesso scivimus eos redire coactum iri.
8. Minatus erat se urbem expugnaturum esse.
9. Regi ab optimis civibus parebitur.
10. Aegris et sauciis ab imperatore parcetur.



## Exercise 45

[N.H. 73-70]

1. Ne conemur regi subvenire.
2. Noli eis qui saepe te deceperunt confidere.
3. Da mihi librum quem promisisti te mihi daturum.
4. Noli de imperatore queri : ipse pugna.
5. Ne videamur divitibus favere.
6. Certior factus sum sagittarios in loco perstitisse.
7. Ne eos qui sanguinem pro patria effuderunt spernamus.
8. Noli conari omnibus placere.
9. Eis quibus civitatem commisimus pareamus.
10. Statim proficiscamur ne occasionem dimittamus.

## Exercise 46

1. Imperatori suasimus ne proelium temptaret.
2. Amicos rogavit ut se ad urbem sequeretur.
3. Monebo eum ut arti militari studeat.
4. Persuasit mihi ut rus redirem.
5. Rogavi eum ut Carthaginem ad me veniret.
6. Obsides oraverunt ut sibi parceretur.
7. Postulavimus ne Germani Gallos adorirentur.
8. Hortabor eum ut statim proficiscatur.
9. Filium iussi vera loqui.
10. Suasimus eis ut impedimenta in castris relinquerent.

## Exercise 47

Imperator quidam milites quibus praeerat tam graviter puniebat ut illi irati clam occidere constituerent, rati proelio cum hostibus commisso posse se hoc insciis ceteris ducibus facere. Aliquando exercitu prima luce instructo ita ille locutus est: 'Scio, milites, adeo me vobis odio esse ut me interficere consilium ceperitis. Id ego flocci non facio, neque enim vos timeo neque vitam magni aestimo. Hoc unum rogo, ne hodie me interficiatis. Paucis horis hostes nos aggredientur: in magno periculo erimus. Si vultis incolumes domum redire, moneo ut mihi credatis et pareatis. Pro certo habeo me vos servare posse neque ullum alium servare posse.' Milites audaciam eius adeo mirabantur ut, salute ei commissa, libenter iussis parerent et hostes funderent, nec rursus unquam viro tam forti nocere vellent.

## Exercise 48

1. Nunquam mihi persuadebis deos divitibus favere.
2. Monuerunt nos ne regis nuntiis crederemus.
3. Oravit me ut obsides ad patriam remitterem.
4. Imperatori persuasit ut iuberet pontem rescindi.
5. Cives te orabant ut consulatum peteres.
6. Monuerunt me hostes flumen transire.
7. Conabor eis persuadere ut fidem Caesaris sequantur.
8. Persuadebitur ei ut inimico ignoscat.
9. Concilio dimisso iussit nos se sequi.
10. Conabatur mihi persuadere Romanos arma deposuisse.



## Exercise 49

Sacerdos quidam, qui solus prope mare in silva habitabat, magno gaudio poemata legebat Vergili quem omnium poetarum maximum esse iure credebat. Monitus tamen a ceteris sacerdotibus Vergilium magum esse et talem sapientiam non solum vilem esse sed dis displicere, hortantibus eis ne tempus tereret sed rebus melioribus studeret, invitus librum amatum in mare iecit. Paucis post diebus piscator qui cibum seni praebebat magnum piscem quem nocte ceperat ad eum attulit. Gratiis actis cenam parare coepit: quo facto magnopere miratus librum quem in mare iecerat in pisce invenit. Tandem ei persuasum est Vergili poemata dis non displicere eosque de industria librum remisisse ut iam sine timore legeret.

## Exercise 50

Augustus imperator, victo Antonio qui bello inlato regno potiri conatus erat, ad Italiam rediit. Romam venienti obviam iit opifex corvum portans quem docuerat clamare 'Ave, Auguste, victor et imperator!' Miratus Augustus laudato homine corvum magna pecunia emit. Pauper tamen quidam, qui alteri invidebat, monito imperatore opificem domi alium corvum habere, oravit ut adferre iuberetur. Adlatus clamavit corvus 'Ave, Antoni, victor et imperator!' Augustus, nihil iratus, solum iussit opificem partem pecuniae comiti dare.

## Exercise 51

Rogantibus amicis ut consulatum peterem respondi me tanto honore indignum esse : iterum orantibus et monentibus probi esse talia officia suscipere affirmavi me eis precantibus diutius resistere non posse. Quo facto hortati sunt ne ullam occasionem dimitterem sed extemplo ad forum irem. Intellegetis igitur me invitum cessisse et solum civibus meis prodesse velle. Urbs nostra hodie in magno periculo est : coacti hostibus qui terra marique nobis minabantur bellum indicere magnam partem exercitus amisimus sed spem amittere non debemus. Nolite eis credere qui vobis persuadere conantur nos frustra pugnare. Itaque hortor vos, cives, ne patriae desitis neve servitutem libertati anteponatis.

## Exercise 52

1. Magno nobis dedecori erit vinci.
2. Eis qui nobis prodesse volunt nocere non debemus.
3. Persuasimus ei ut receptui statim caneret.
4. Proditor omnibus odio est.
5. Laudi tibi est patri paruisse.
6. Ne putemus hoc patriae dedecori fore.
7. Noli amicis oneri esse.
8. In hoc bello vinci omnibus nobis exitio erit.
9. Hortemur eos ut liberis exemplo sint.
10. Sciebat hoc patriae saluti fore.



## Exercise 53

1. Exercitui praefectus nos metu liberavit.
2. Patria expulsus oravit nos ut reduceremus.
3. Tibi persuaderi non poterat ut vera loquereris.
4. Captivi oraverunt ut vinculis liberarentur.
5. Regibus orti pauperibus exemplo esse debemus.
6. Etiam boni saepe ab amicis culpantur.
7. Ne rex quidem semper laude dignus est.
8. Hoc officium libenter suscepit ut ceteris civibus exemplo esset.
9. Imperatori suadebo ut obsidione desistat.
10. Pleni dedecore domum redierunt.

## Exercise 54

1. Ne tu quidem credis hos iure interfectos esse.
2. Certiores facti sumus hostium copias numero paucos esse.
3. Oravimus eos ut more maiorum viverent.
4. Subridens respondit ' Noli tam magna voce loqui.'
5. Pace tua rogabo eum ut Romam nos sequatur.
6. Mihi persuasisti hostes magno tumultu progredi.
7. Videtur cum dolore loqui, sed nemo ei credit.
8. Tali patre natus omnes amicos ingenio superabat.
9. Monitus hostes adesse omni celeritate rediit.
10. Credo ne Romanos quidem virtute nobis praestare.

## Exercise 55

Rex quidam divitiis adeo abundabat ut nulli eorum qui post eum in illa terra regnaverunt fortuna ei praestarent: quem thesaurum ut custodiret constituit magnum conclave aedificare, cuius unus murus ipsius regiae muri exterioris pars erat. Hunc murum opifex de industria ita aedificavit ut unus lapis loco moveri posset. Paucis post annis hic moriturus filios ad se convocatos certiores fecit id se fecisse eo consilio ut illi regis thesauro potirentur, hortatus ne talem occasionem dimitterent sed hoc modo divites fierent. Itaque mortuo patre iuvenes nocte ad regiam ierunt et moto lapide multum aurum abstulerunt.

## Exercise 56

Hoc saepe facto et multo auro ablato rex, magnopere miratus, tandem constituit laqueos ponere ut nocentem caperet. Ea nocte alter fratrum, in laqueis captus, cum sentiret se effugere non posse fratri persuasit ut caput quam primum abscisum secum auferret ne corpus inventum agnosceretur. Prima luce rex conclave ingressus latronis corpus sine capite in laqueis iacens vidit: quo facto etiam magis miratus imperavit ut corpus de muro suspenderetur, custodibus prope positis: speravit enim mortui amicos ad locum venturos et lacrimas propter dolorem effusuros nomenque eius ita repertum fore. Quo cognito mater iuvenum filium superstitem precabatur ut consilium caperet corpore potiri, simul minata se ad regem ipsam ituram et vera locuturam.



## Exercise 57

Filius, frustra conatus matri persuadere ut precibus desisteret neve rem tam difficilem postularet, tandem hoc consilium cepit. Mulos aliquos utribus vino plenis oneratos ante se ad locum ubi milites corpus custodiebant egit: his insciis trium utrium colla solvit ut vinum humi effunderetur. Quo viso custodes omnes ad unum in viam procurrerunt ut vinum poculis caperent. Primo homo simulavit se irasci: brevi tamen contentus esse visus cum risu sivit eos tantum vini bibere ut humi delapsi usque ad multam noctem dormirent. Deinde latro fratris corpus in tergum muli positum domum ad matrem portavit.

## Exercise 58

[N.H. 91-98]

Tandem rex, ratus se debere homini tanto ingenio parcere, nuntiis missis ad omnia oppida quibus praeerat hortatus est latronem ut sponte sua se traderet, pollicitus simul se ei ignoturum et magna praemia daturum. Hic iure credidit usui sibi fore parere: itaque maxima audacia ad regiam venit. Rex, magnopere miratus, filiam suam, puellam mira pulchritudine, in matrimonium ei dedit. Simul ad nobiles qui undique eum cingebant conversus dixit Aegyptios ceteris hominibus sapientia praestare, hunc autem ceteris Aegyptiis praestare.

## Exercise 59

1. Docendo saepe ipsi multa discere possumus.
2. Patriae defendendae causa dolorem pati volumus.
3. Hanc occasionem hostes aggrediendi noli dimittere.
4. Ad portum properemus navibus obviam eundi causa.
5. Signum castra movendi abhinc tres horas datum est.
6. Ars epistulas scribendi non facile discitur.
7. Voluit omnia uxori placendi causa facere.
8. Occasio fluminis transeundi mox nobis dabitur.
9. Gallis nocendi causa magna pericula obire volebat.
10. Pro patria moriendo speramus nos liberis exemplo fore.

## Exercise 60

1. Cupidus esse videbatur omnibus civibus consulendi.
2. Promisit se mihi patris consulendi occasionem facturum.
3. Studio honoris adipiscendi semper pericula obit.
4. Ad talia officia suscipienda aptus esse non videbatur.
5. Imperatori persuasi ut milites in agros pabulandi causa mitteret.
6. Noli libris scribendis tempus terere.
7. Venia petenda patri magnopere placebis.
8. Ad portum ierunt naves mercibus complendi causa.
9. Rei decernendae studio inductus statim proelium commisit.
10. Spe e carcere effugiendi simulavi me dormire.



## Exercise 61

Ego vos huc, milites, arcessivi hortandi causa ut pro virili parte pugnaretis, simul monendi cladem hodie acceptam patriae exitio futuram esse. Scio stulti esse proelio commisso tempus terere loquendo vosque virtutem pluris quam eloquentiam aestimare. Sed haec mihi bona videtur occasio esse, hostibus nondum intra coniectum teli progressis, pauca verba dicendi : solent praeterea milites plus audaciae in acie praestare si pro certo habent victoriam patriae saluti fore et se victis neminem relictum esse qui hostibus resistat. Nolite, si numero vos superant, timere : nos illos virtute, studio, constantia superamus. Periculo more maiorum obeundo occasionem habebimus omnibus demonstrandi hanc gentem hodie aliquid antiqui roboris conservare, et dis iuvantibus demonstrabimus.

## Exercise 62

1. Haec fabula facilis est dictu, difficilis intellectu.
2. Ceteros sivit exire lusum.
3. Mitte milites pabulatum.
4. Mox Romam venient pacem petitum.
5. Noli existimare hanc urbem facilem esse captu.
6. Hoc tam difficile est factu ut suadere nolim.
7. Constat inter omnes eum filium misisse pecuniam solutum.
8. Iube filium cubitum ire.
9. Omnes scivimus Gallos mox victum iri.
10. Athenas redibimus de hoc incommodo questum.

## Exercise 63

Mihi in hoc loco moranti nuntiatum est per milites in agros pabulatum missos finitimi praesidi praefectum, hominem artis militaris imperitum, suos undique effundi iussisse spe hostes cogendi obsidione desistere: re statim per vigilias cognita omnes tantum ad hostium stationes progressos deletos esse. Manifestum erat hac inopinata clade totum exercitum mox in maximum periculum adductum iri. Consilio convocato legatos consului: constabat inter omnes debere nos quam primum praesidio obsesso subvenire; hoc tamen facile erat dictu, difficile factu, nam hostium copiis passim per campum dispersis rem sine ducibus peritis itineris suscipere non audebamus.

## Exercise 64

Omnes affirmaverunt maximi interesse nos tempus non terere ne finitimi populi, rati occasionem tandem sibi factam esse Romanos expellendi, deficerent. Hoc timore volebamus non solum periculum obire sed etiam sanguinem effundere. Aliis me hortantibus ut copias statim mitterem iter patefactum, aliis monentibus hoc difficillimum esse factu, subito nuntius ab ipso praefecto missus omni nos metu liberavit. Hic nos certiores fecit obsidentium ducem morbo affectum esse et, tumultu in castris eorum coorto, hostes arcem aggredi non ausuros: novas copias abhinc tres dies arcessitas paucis horis adventuras et hostes hac re cognita iam exercitum deducere.



## Exercise 65

1. Nonne credis hostium copias auctum iri ?
2. Quis negavit militem praemio dignum esse ?
3. Num credis Gallos flumen transisse ?
4. Putasne eum urbem traditurum ?
5. Noli eum monere ut epistulam scribat.
6. Utrum imperator copias deduxit annon ?
7. Cur senex constituit ruri habitare ?
8. Nonne constat inter omnes fortunam fortibus favere ?
9. Quando milites pabulatum misisti ?
10. Uter filiorum dixit tibi me transfugam esse ?

## Exercise 66

1. Nesciebam cur ad castra profectus esset.
2. Noli me interrogare cur redire nolim.
3. Tibi dicere non possumus quotiens eum viderimus.
4. Incertum est num ante noctem rediturus sit.
5. Nemo scire videbatur quid fieret.
6. Dic mihi cur huic ignavo peperceris.
7. Quis scit num ipse consilium inierit ?
8. Certiores non facti eramus quando venturus esset.
9. Dic mihi utrum manere an abire debeam.
10. Nonne cognovisti quando dux profectus esset ?

## Exercise 67

1. Ne rex quidem scivit quale consilium imperator inisset.
2. Intellegere non possum quemadmodum talia dicere possis.
3. Magni interest utrum discere in hac urbe an docere velis.
4. Cognoscere conemur quid praesidi praefectus dixerit.
5. Num putas ei persuasum iri ut se tradat ?
6. Interrogavi eum unde venisset et quo ire vellet.
7. Quis scit utrum laude an culpa dignus sit ?
8. Qualem hominem putas eum esse ?
9. Noli ducem interrogare ubi simus.
10. Tres cohortes misit ne quis existimaret Romanos victos esse.

## Exercise 68

Olim Mercurius scire voluit quanti a mortalibus aestimaretur : itaque domum ingressus cuiusdam qui deorum statuas vendebat, Iovis statua monstrata quaesivit quanti vendere vellet. Respondit homo velle se quattuor sestertiis vendere. Deinde ad Iunonis statuam conversus quaesivit deus quanti haec staret : alter hoc se pluris aestimare respondit. Tandem ad suam statuam venit : idem iterum quaerenti respondit homo : 'Si vis duas illas emere, tertiam insuper adiciam.'



## Exercise 69

1. Speculatores misimus cognitum qualis regio esset.
2. Nemo videtur scire quo consilio arcem tradideris.
3. Nonne sensisti quo consilio hoc fecisset ?
4. Cognoscere non potui quot essent hostes, quid in animo haberent.
5. Num putas me scire quo consilio abierit ?
6. Certiores non facti sumus quid imperator constituisset.
7. Haud scio an debeamus monere eum te redisse.
8. Noli ei dicere quo itinere progressuri simus.
9. Incertum est quo consilio captivis pepercerit.
10. Spero me cras cogniturum quanta sint hostium castra.

## Exercise 70

Cogimur saepe non solum potentium iniurias libenter pati sed etiam simulare nos non laesos esse. Imperator quidam Romanus, iratus iuveni qui sibi displicuerat, in vincula eum coniecit : precato patre ut filio parceret, imperavit ut filius statim occideretur : simul senem ad cenam eo die invitavit. Per totam cenam vinum ad eum mittebat, posito prope custode ut animadverteret num biberet : bibit. Mittebat coronas, iusso custode se certiorem facere num sumeret : sumpsit cum risu, non ausus dolorem ostendere. Quaerisne cur hoc fecerit ? Habuit alterum. Satis peritus talium rerum erat ut sciret ita solum se fili superstitis vitam servare posse.

## Exercise 71

Ego te laudare non desino, sed num tibi profuerim scire cupio. Spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te saepissime scribo. Illud soleo mirari, non me accipere a te epistulas quotiens a Quinto fratre mihi afferuntur. In Britannia nihil esse auri audio. Id si ita est, suadeo ut Romam quam primum redeas. Si a me discere vis quid debeas facere, respondeo magni interesse te imperatori placere. Spero me mox auditurum quid facias et quamdiu in animo habeas in Britannia manere. Potuistine cognoscere qualis sit insula, quot homines in ea habitent, quo consilio Caesar rem tam inutilem, tam difficilem factu susceperit?

## Exercise 72

Nobili gente ortus, magno ingenio praeditus, potes tu, si vis, ceteris civibus exemplo et patriae tuae saluti esse. Tanta tibi occasione data honoris in civitate adipiscendi hortor te, immo obsecro, ne tibi desis neve alios sinas ea officia suscipere quae ad suscipienda te ipsum idoneum esse credo. Undique quaerunt homines quid in animo habeas facere, num rus urbi antepositurus sis, utrum divitiis tantum frui an regi prodesse cupias. Moneo te ut cogites quo ego consilio haec scribam, qualibus tu nunc amicis consulas, quantum in periculum civitas nostra adducta sit.



## Exercise 73

Aliquot post diebus tres milites qui proelio superfuerant Romam redierunt: primo adeo labore confecti sunt ut nihil referre possent; deinde cibo refecti nos certiores fecerunt dictatorem, arbitratum se numero superiorem esse, exercitum in loco qui idoneus videretur instruxisse; hostes tamen, qui insciis nostris subsidia accepissent, non solum impetum sustinuisse sed primum agmen fugae se mandare coegisse: equites, qui pone in tumulo consedissent, hostium sagittarios, qui celati in parvis silvis quibus abundaret illa regio ab omnibus partibus effunderentur, repellere frustra conatos esse. Dictatorem, qui magna virtute in loco perstitisset, tandem spe abiecta receptui cani iussisse.

## Exercise 74

Oro vos, iudices, ut cogitetis quales homines testimonium dixerint, simul quam pauca narraverint quae sceleris indicio esse possint. Publius Memmius, qui simulat se huius amicum esse, affirmavit se viam per fratris fundum dedisse qua omnes effugerent. Huic ego gratias agam, nam magna diligentia testimonium dixit. Aulus Atilius armatos in loco fuisse dixit quos ipse adduxisset: hunc praeterea ab Aebutio, qui mortem sibi minaretur, petisse ne quid contra leges faceret. Idem Publius Rutilius dixit, et eo libentius dixit, ut aliquo tandem in iudicio a iudicibus sibi crederetur.

## Exercise 75

1. Debuisti ante noctem effugere.
2. Pudet me benevolentiae quam erga te praestiti.
3. Noli dicere te pietatis tuae poenitere.
4. Accidit ut e castris non profectus essem.
5. Mox te taedebit huius libri.
6. Negat se facti poenitere.
7. Ex eo quaesivi num senem liberorum misereret.
8. Oportet te hanc mihi facultatem patriae servandae facere.
9. Potuisti nos caedis certiores facere.
10. Nonne te miseret eorum quos occidisti ?

## Exercise 76

1. Iucundum est praeteritae vitae meminisse.
2. Nonne inscius est artis quam se docere simulat ?
3. Debuisti honoris, non divitiarum causa consulatum petere.
4. Hoc consilio relicto rebus alienis studuit.
5. Propter artis militaris peritiam rex creatus est.
6. Non videris mei meminisse.
7. Benevolentiae meae oblitus proditionis me accusavit.
8. Imperator legatos allocutus periculi admonuit.
9. Consili mei immemor in urbe usque ad multam noctem mansit.
10. Benevolentiae causa quam erga me praestitisti tibi ignoscam.



## Exercise 77

Constat inter omnes qui de his rebus libros scripserunt nihil magis hominem hortari ut patriae prosit quam honorum, quos maiores in hac eadem civitate adepti sint, memoriam. Quibus ut dignus sit, simul ne liberos sui pudeat, quis non periculum, immo mortem ipsam potius quam suae tantum saluti consulere mavult ? Scimus omnes, quicquid eorum causa quibuscum versemur agamus, id non solum nobis laudi sed aliis exemplo esse. Maximi igitur interest meminisse filios nostros filiorumque filios olim quaesituros quid ipsi in hoc bello effecerimus, et, si nos hodie officio fungamur, illos excitatum iri ut exemplum nostrum sequantur.

## Exercise 78

Scio plerosque scripsisse Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse. Sed ego Thucydidi credere malo, qui eiusdem civitatis erat. Is narrat illum ad Artaxerxem venisse et per epistulam certiorem fecisse se Themistoclem esse qui regis maioribus pro virili parte nocuisset quamdiu oportuisset bellum inferre hostibus qui in patriam suam incursionem fecissent : eundem in periculoso illo itinere quod per Graeciam in Persiam fecissent magnopere profuisse. Nam se Xerxem monuisse Graecos consilium cepisse pontem, quem in Hellesponto fecisset, rescindere et ita periculo liberavisse. Se nunc orare eum ut, incommodorum quae accepissent oblitus, beneficiorum tantum memor, in rebus adversis sui misereretur.

## Exercise 79

Senex quidam qui rure habitabat filium Athenas misit, iussum eis artibus studere quas ipse discendi nullam habuisset facultatem. Itaque Athenas profectus philosophum praeclarissimum audiebat. Aliquot post mensibus domum rediit: pater, cupidus cognoscendi num omnia meminisset quae magister docuisset, complura interrogabat. Filius identidem respondebat hoc se nescire, illud se numquam doctum esse. Tandem senex iratus clamavit 'Stulte! num nihil Athenis didicisti?', et virga capta caedere coepit. Non lacrimam effudit iuvenis, non signum doloris in vultu ostendit, sed patri, quem crudelitatis nec pudebat nec poenitebat, iterum quaerenti num nihil didicisset a magistro cui mandatus esset, respondit unum se didicisse, patris irati furorem aequo animo pati.

## Exercise 80

Socrates credebat pauperes qui parva dona dis darent non minus ab eis amari quam divites qui magna dona darent, eosque qui putarent magna dona magis eis placere quam parva revera eos avaritiae accusare: saepe enim divites malos, pauperes bonos esse, neque fas esse credere deos malos magis quam bonos amare, etiam si maiora dona darent. Idem amicos hortabatur ne a dis agros, pecuniam, honores peterent, sed tantum precarentur ut sibi darent quod dis ipsis optimum videretur. Ab inimicis accusatus et in iudicium vocatus fabulam mirabilem narravit, amico cuidam Delphis quaerenti num quis sapientior quam Socrates esset, deum respondisse neminem sapientiorem esse.



## Exercise 81

1. Respondit imperator se neminem habere cui confideret.
2. Nonne tres cohortes relinques quae captivos custodiant?
3. Delectos viros mitte quo facilius victoriam reportemus.
4. Quo sapientior fias oportet te his artibus studere.
5. Debuit equites mittere qui pedites nostros aggrederentur.
6. Speculatores mittamus qui cognoscant ubi hostes sint.
7. Noli negare te ullos libros habere quos legam.
8. Pietatis immemor hominem misit qui patrem occideret.
9. Nonne milites in oppido collocavisti qui hostes cohiberent?
10. Solebat magna voce loqui quo sapientior videretur.

## Exercise 82

1. Tu non is es qui talibus periculis terrearis.
2. Num dignus est qui consul creetur?
3. Sunt qui putent homines dolore meliores fieri.
4. Non facile hominem reperiemus cui confidamus.
5. Nemo est qui tali exercitui praefici possit.
6. Hi non digni sunt qui in urbem admittantur.
7. Ubi hominem reperies satis fortem qui portam aperiat?
8. Num revera is est cui filium meum mandem?
9. Mitte homines qui terrorem hostibus inicere possint.
10. Non is est qui benevolentiae tuae obliviscatur.

## Exercise 83

1. Nuntii missi sunt qui dicerent oppidum traditum iri.
2. Erant qui putarent te debuisse furti accusari.
3. Noli temere suscipere ea quae efficere non possis.
4. Quo facilius sauciis succederemus subsidia arcessivimus.
5. Viros delectos misit qui muros ascenderent.
6. Non is est qui captivis cruciatum minetur.
7. Magna arrogantia respondit se satis divitem esse qui totam domum emeret.
8. Num tu is es quem vitae taedeat ?
9. Non credo te eum esse qui pericula detrectes.
10. Sunt quos factorum nunquam pudeat.

## Exercise 84

Nihil habeo quod de bello ad te scribam, nam quid novi putas me in hoc vico accipere ? Pro certo tamen habeo multa cotidie agi quorum nos certiores non fiamus. Ego non is sum qui omnem spem abiciam, sed eos qui clament nihil esse causae timoris insanos esse existimo.

Patria nostra, propter negligentiam et nimiam fiduciam eorum qui rempublicam administraverunt, in magnum est periculum adducta. Maximi interest nos numerum navium augere, et satis militum habere qui aegris et confectis succedant, satis opificum qui arma fabricentur. Sed cives nostri non ii sunt qui officium detrectent : praeteritae laudis memores eam praestabunt constantiam quae vel fortissimis hostibus terrorem iniciat.



## Exercise 85

Vir erat infirmo corpore sed mira constantia, qui patriae non solum laudi sed saluti fuit. Iuvenis praesidio praefectus, mirantibus domi amicis, omnia ea studia quibus antea studuerat, quo peritior artis militaris fieret, reliquit. Erant qui speravissent eum libris scribendis laudem adepturum, sed bello orto constabat inter omnes ingenio eum melius uti non potuisse. Mortuus est civibus exemplo proposito quod omnes sequerentur, hominis qui mallet opus susceptum efficere quam ceteris relinquendo sibi salutem petere.

## Exercise 86

1. Rex divitibus favendi non nobis accusandus est.
2. Longarum navium numerum augendum susceperunt.
3. In urbe decem dies manendum est.
4. Romam tibi prima luce proficiscendum est.
5. Classem statim reficiendam cura.
6. Custodes ab omnibus partibus per oppidum disponendi sunt.
7. Putasne obsides a nobis Caesari dandos fore ?
8. Scivit urbem sibi ante noctem aggrediendam esse.
9. Epistula mihi ad patrem hodie scribenda est.
10. Delectus ei in Gallia habendus erat.

## Exercise 87

1. Exercitui in hibernis aliquot menses manendum erat.
2. Nonne Gaium furti accusandum suscepisti ?
3. Propter inopiam pecuniae multi nobis labores patiendi sunt.
4. Aegris et sauciis quam primum succedendum est.
5. Militibus muri scalis ascendendi erant.
6. Nondum spes nobis abicienda est.
7. Civis Romanus in vincula tibi coniciendus non est.
8. Eis quos crudelitatis pudet a nobis ignoscendum est.
9. Non est obliviscendum tibi olim te ipsum militem fuisse.
10. Populus ad alteram partem oppidi transferendus est.

## Exercise 88

Magna nos spe causam libertatis suscepimus, sed intellegimus incertum esse utrum victuri simus necne : vitae tamen periculo pro libertate pugnandum est. Vita non magni est aestimanda eis qui libertatem diutius conservare non possunt. Omnes barbari servitutem pati possunt, nam nihil magis quam dolorem laboremque vitandum habent : nos a maioribus didicimus mortem ipsam servituti anteponendam esse. Pudet me ignaviae eorum qui nos hortantur ut consiliis desistamus, ut hostibus cedamus, ut nobis potius quam liberis consulamus.



## Exercise 89

Ab omnibus partibus sunt qui exercitus in hostium fines ducere velint, qui sciant ubi castra ponenda sint, quae loca praesidiis occupanda, quando et quo saltu intranda Macedonia, qua terra, quo mari mittendi commeatus, quando proelium committendum, quando melius sit nihil facere. Ego non is sum qui negem duces monendos esse : immo eum qui moneri nolit superbum habeo magis quam sapientem. Est tamen manifestum dandum esse consilium solum a viris artis militaris peritis qui proeliis bellisque ipsi interfuerint.

## Exercise 90

Dux qui exercitui nostro praefuit in magna fuit difficultate, nam neque sociorum virtuti confidere neque suis tantum copiis fretus hostes numero tam superiores temere aggredi potuit. Erat ante eum parvum flumen, quod facile transitu videbatur : sciebat tamen longius in campum progressos se hostibus in acie instructis obviam ituros, cominus sibi pugnandum fore et rem extemplo decernendam. Itaque vir magna constantia consili capiendi onus detrectabat : convocatos legatos iussit sententiam ferre quid faciendum esset. Placuit maiori parti subsidia exspectanda esse. Ipse primo idem sentiebat : dimisso tamen concilio constituit omnia fortunae committere et flumen postridie transire.

## Exercise 91

1. Timeo ne castra nondum munita sint.
2. Veritus ne consilium cognosceretur domi mansit.
3. Vereor ut rogatus vera loquaris.
4. Sciebam te timere ne ab hostibus captus essem.
5. Timemus ne urbs a nostris prodatur.
6. Solus progressus est ne quis sequi timeret.
7. Veremur ut speculatores nostri redeant.
8. Timeo ne facti te non poeniteat.
9. Noli timere ne cives benevolentiae tuae obliviscantur.
10. Nonne times ne urbem captam deleverint ?

## Exercise 92

Nos omnes oportet haec damna aequo animo pati nec in rebus adversis spem abicere, nam timeo ne virtute et constantia nobis opus sit ut opus propositum efficiamus. Datur nobis hodie occasio ostendendi utrum divitias libertati anteponamus, an omnia pro patria tradere velimus. Scio hoc bellum omnibus vobis magno oneri fuisse : vereor ne similes sint labores multos annos ferendi. Imperandum erit tributum, delectus habendi. Memor tamen benevolentiae quam semper erga nos qui rempublicam administramus praestitistis, non timeo vos iterum hortari ne turpes has condiciones pacis accipiatis.



## Exercise 93

Multos annos abhinc sacerdos quidam magnum templum aedificandum susceperat in quo cives deos colerent. Accidit olim ut cum rege prope silvam pulcherrimam equo veheretur. Pollicitus est rex se sacerdoti daturum quicquid ligni quattuor diebus auferendum curare posset. Is gratiis actis tantam multitudinem hominum collegit ut omnes arbores succisas ad urbem in qua templum aedificabatur afferrent. Quo cognito rex magnopere iratus est : sacerdos veritus ne interficeretur veniam oravit. Huius precibus commotus rex ignovit, sed nomen suum in templo inscribendum curavit.

## Exercise 94

1. Quae cum ita sint, non a te petam ut pecuniam solvas.
2. Nihil timent quod nihil sciunt.
3. A patre accusatus est quod mentitus esset.
4. Respondisti te rediisse quod periculum obire timeres.
5. Vinetum hoc anno non effodiam quod fructum non edit.
6. Certior factus sum eum pedem rettulisse quod hostes instarent.
7. Licebat ei exire quod custodi pecuniam dederat.
8. Cum facti te non pudeat, ego tibi non ignoscam.
9. Nos eius miserebat quod invitus ire coactus esset.
10. Aequas condiciones accipere volumus quod ex usu civitatis est bello desistere.

## Exercise 95

Ego per totam vitam causam vestram contra regem, nobiles, divites suscepi, quod credidi vobis, qui infirmiores essetis, auxilio contra potentes opus esse. Multos annos maiori parti civium meorum odio fui quod malui divitibus pecuniam imperare potius quam pauperes cibo et vestitu carere pati. Huius urbis opificibus nummos novenos pro quaternis dandos curavi. Si igitur hodie oro vos ne laborem detrectetis sed ut summa vi armis fabricandis studeatis, non debetis me accusare quod divitibus faveam: si hortor ut paulisper praeteritarum iniuriarum obliviscamini, nolite recusare quod nos qui rempublicam administremus vobis nunquam consuluerimus.

## Exercise 96

Draconis leges etiam hodie dignae memoria existimantur, quod tam gravibus poenis nocentes affecit. Nam decrevit ut paene omnes qui rei facti et damnati essent quod contra leges aliquid fecissent interficerentur. Ipse interrogatus cur tot homines capitis damnandos curavisset, respondit minora delicta morte digna esse, ad maiora poenam graviorem non suppetere. Multis post annis Demades laudavit eum quod non atramento, sed sanguine leges scripsisset. Hodie tamen inter omnes constat tam graves poenas nihil efficere ad eorum furorem cohibendum qui nondum didicerint ex usu sibi esse legibus parere.



## Exercise 97

Interim Graeci, cum hostibus numero superioribus invriti proelium committere coacti, solitam peritiam non praestabant. Hostium copiis nondum auctis speraverant socios suos mox adventuros; nunc autem barbari, pleni spe et virtute, e portu naves solverunt ut eos aggrederentur. Graeci, cum proelium vitare non possent, classem instruxerunt. Poeni brevi duas naves submerserunt, homines paene mille occiderunt, eos qui supererant ad ipsa moenia urbis secuti sunt. Incolae, qui viderant classem suam victam esse et Poenos appropinquare, veriti ne resistere non possent, magistratus hortabantur ut portas aperirent neve diutius urbem defendere conarentur.

## Exercise 98

1. Non est dubium quin ire ei licuerit.
2. Facere non possum quin putem te mox rediturum.
3. Nemo est quin sciat delectum habendum esse.
4. Quis dubitat quin tibi a divitibus faveatur?
5. Nihil praetermittam quin hos reos faciam.
6. Non dubito quin imperator fidem praestiterit.
7. Minimum aberat quin vincereris.
8. Fieri non potest quin signa capta sint.
9. Minimum aberat quin in castris relinquerer.
10. Non dubitavimus quin uterque fratrum periisset.

## Exercise 99

1. Noli filium impedire quominus pro patria pugnet.
2. Nihil bonum virum deterret quominus legibus pareat.
3. Per te stetit quominus epistulam scriberem.
4. Nostris obstari non potuit quominus proelium cum hostibus committerent.
5. Nolo te deterrere quominus officio fungaris.
6. Non recusabunt quominus tecum ad Asiam eant.
7. Milites prohibui captivos occidere.
8. Quid putas nos impediturum quominus ancoras tollamus ?
9. Nonne voluisti me prohibere navem solvere ?
10. Per me stetit quominus consulatum peteres.

## Exercise 100

1. Quis dubitat quin regi pecunia et militibus opus sit ?
2. Recusare non poteramus quin lintrem pararemus.
3. Cur conatus es speculatores impedire quominus redirent ?
4. Nemo est quin putet urbem deletam esse.
5. Nihil praetermittemus quin hos transfugas proditionis accusemus.
6. Minimum aberat quin quaererem quando patrem vidisset.
7. Non dubium est quin benevolentiae tuae nunquam obliturus sit.
8. Facere non possum quin credam te scire quis sim.
9. Nihil eum deterrebit quominus proficiscatur ut praesidio obsesso subveniat.
10. Num recusabis quominus aegris et sauciis medearis ?



## Exercise 101

Certior facta imperatorem ad urbem redire, Messalina constituit proficisci ut ei obviam iret. Minimum afuit quin ab omnibus amicis desereretur, qui verebantur ne rei facti occiderentur. Non tamen dubitavit quin, secundam occasionem nacta, marito persuadere posset ut sibi parceret. Interea ei qui Claudio favebant haudquaquam minus timebant ne precibus eius commoveretur. Constat Vitellium dubitavisse sententiam ferre, et Narcissum hortatum esse ut facultatem daret cognoscendi quid in animo haberet facere. Tandem Messalina in via se ostendit, frustra imperatorem precata ut Britannici et Octaviae matrem audiret : liberos adductos Narcissus amoveri iussit : Vibidiam tamen impedire non potuit quominus Claudium oraret ne sineret uxorem sine iudicio capitis damnari.

## Exercise 102

Ego vos, cives, deterrere non possum quominus hunc consulem creetis, nec deterrere volo si pro certo habetis eum dignum esse qui creetur. Sed oro vos ut memineritis quotiens domi vos sollertia sua deceperit, quemadmodum in acie ceteris in loco perstantibus ille solus fuga salutem petiverit. Nemo est quin sciat per eum stetisse quominus sociis laborantibus subveniremus. Quae cum ita sint quis dubitare potest quin iterum vos decepturus sit ? Praeter omnium opinionem hostes qui bellum vobis indixerant reppulistis : cum dis cives trucidatos ulti estis. Hodie maximi interest vos magistratus deligere quibus confidere possitis.

## Exercise 103

Maiorum meorum exempli memor constitui in republica administranda eodem consilio uti, huc transferendo quicquid in aliis terris egregii est. Non est dubium quin multi, quos hodie iure civium praeclarissimos habemus, a Gallis et Germanis orti sint. Quid aliud Graecis quibusdam urbibus exitio fuit nisi quod victos hostes in civitatem accipere et cives habere nolebant? Scio hanc legem quam feram vobis iniquam videri, sed facere non possum quin putem vos paucis annis me laudaturos quod patriae profuerim. Omnia quae nunc veterrima esse creduntur olim nova fuerunt, nec dubito quin hoc, quod hodie exemplis defendimus, aliquando ipsum inter exempla futurum sit.

## Exercise 104

Dux victus ad urbem, quo Galli per angustias iter faciebant, pedem rettulit. Nullis prope flumen hostibus relictis Britannorum imperator sociis persuasit ut ab ea regione discederent et parvum oppidum ab hostibus occupatum obsiderent. Interea Galli cum subsidiis in tumulo, sub quo parvum flumen per paludem in Istrum prope vicum fluit, consederant. Acriter pugnatum est: Britanni nihil praetermiserunt quin vicum caperent, qui tamen tam egregie munitus erat ut identidem plurimis amissis repellerentur. Tandem Britanni Gallorum mediam aciem adorti magnam victoriam praeter opinionem reportaverunt. Imperatoris litteris perlectis omnes gaudio elati sunt: tandem iactare poterant Gallorum indomitas copias victas esse.



## Exercise 105

Flaminius, qui ne repulso quidem hoste proelio desistere voluit, sibi dedecori esse ratus sociorum agros vastari et Poenos per mediam Italiam progredi ad moenia urbis oppugnanda, omnia ad proficiscendum parari iussit. Ceteris hortantibus ut alterum consulem exspectaret respondit tale consilium imperatore Romano indignum esse. 'Immo' inquit 'ante moenia Arreti maneamus: Hannibal Italiam populetur et ad moenia Romana perveniat.' Haec locutus signum convelli iussit: subito equus lapsus consulem super caput effudit: metu stupefacti signum convellere non potuerunt. Cuius rei certior factus Flaminius, ad nuntium conversus, 'Impera eis ut signum effodiant, si timore tam perculsi sunt ut convellere non possint.'

## Exercise 106

1. Simulac nuntiaverunt quid fecisset, redii.
2. Priusquam signum datum est, pedites in campum progressi sunt.
3. Manebat dum de sociorum victoria certior fieret.
4. Priusquam salutem fuga peteremus hostes advenerunt.
5. Simulac signa lata sunt omnes clamorem sustulimus.
6. Priusquam exercitum eduxit imperator orationem habuit.
7. Mane dum exercitum conferto agmine praetereuntem videas.
8. In loco perstabant dum pedem referre coacti sunt.
9. Noli exspectare dum opus perficiatur.
10. Ex quo tempore consulatu se abdicavit Caesaris fidem secutus est.

## Exercise 107

1. Sexto post die quam Romam pervenerat furti accusatus est.

2. Constituerunt signa ferre priusquam hostes opus perficerent.

3. Simulac cognoverunt hostes conferto agmine progredi, castra recto cursu petierunt.

4. Priusquam litteras perlegit imperavit ut receptui caneretur.

5. Maximi interest me certiorem fieri quot hostes sint.

6. Postquam vidit Gallos delectum habituros bellum indixit.

7. Plebs ei confidebat dum accusatus est quod regnum petiisset.

8. Ex quo tempore in vincula coniectus est, auxilium ab amicis petere non destitit.

9. Priusquam navem deduxit orationem habuit.

10. Quoad in armis erimus ducibus a nobis parendum erit.

## Exercise 108

Chauci, duce Gannasco, incursionem in Germaniam fecerant. Corbulo provinciam ingressus, simul atque cognovit quid ageretur, exercitum eduxit. Hostium classe submersa et Gannasco fugae se mandare coacto totam provinciam pacavit. Finitimis gentibus tantum pavorem iniecit ut Frisii, qui multos annos fidem Romanorum non sequebantur, datis obsidibus in agris a Corbulone descriptis considerent. Idem misit qui Gannascum trucidarent et Chaucos ad deficiendum elicerent, eo consilio ut iterum vinceret. Hoc tamen displicebat imperatori qui, monitus ab amicis eum regnum petere, imperavit ne barbaros ad bellum provocaret.



## Exercise 109

Imperatoris litteris perlectis imperavit ut receptui caneretur, nihil aliud locutus quam antiquos duces Romanos feliciores fuisse. Ne tamen milites ignavi fierent fossam milia passuum tria et viginti longam effodere coegit, quae res adeo imperatori placuit ut, postquam Corbulo Romam rediit, insigne triumphi indulgeret. Paucis post mensibus Curtius Rufus, qui suos coegerat agros effodere ad argentum quaerendum, eundem honorem accepit. Milites, hoc opere confecti, cum cognovissent similes labores in aliis provinciis ferri, clam litteras ad imperatorem scripserunt, precati ut talia praemia ducibus, quos ad provinciam missurus esset, daret priusquam Roma proficiscerentur.

## Exercise 110

1. Cum cognovisset copias terrestres victas esse, navem solvit.

2. Cum ipse proelio interest, milites nihil timent.

3. Iam simulabamus nos pedem referre cum speculatores nuntiaverunt oppidum captum esse.

4. Cum te consulatu abdicaveris certior fies cur tibi subvenire non potuerimus.

5. Cum vidisset hostes conferto agmine progredi, nos hortatus est ne spem abiceremus.

6. Cum equites iam perturbentur, noli nobis imperare ut signa feramus.

7. Cum adveniet simulemus nos eum non agnoscere.

8. Cum volunt amicum salutare utramque manum porrigunt.

9. Cum minimum abesset quin deciperetur, nolebamus iterum ei confidere.

10. Cum de rebus adversis loquebatur, abibamus.

## Exercise 111

1. Milites, dum progrediebantur, clamorem tollebant.
2. Dum mihi pareas, sinam te salutem fuga petere.
3. Dum duces colloquuntur, nuntius advenit.
4. Rempublicam, dum poterat, administrabat.
5. In loco perstabat dum cognovit imperatorem occisum esse.
6. Dum orationem apud populum habeas, consul creaberis.
7. In urbe retinebatur dum a rege revocatus est.
8. Dum hostes collem furtim ascendebant, nostri agros vastabant.
9. Constituit resistere dum hostium mediam aciem repellere posset.
10. Dum hanc urbem incoles, legibus nostris a te parendum erit.

## Exercise 112

1. Cum hostes in campum elicueris, signa feremus.
2. Dum equites primos ordines hostium lacessunt, certiores facti sumus Caesarem advenisse.
3. Dum commeatus suppetet, urbem defendemus.
4. Cum intra coniectum teli venimus, dux noster nos pedem referre iubet.
5. Cum liberis nostris exemplo esse debeamus, recusare non audemus quominus regi pareamus.
6. Cum cognovissemus hostes victoriam reportavisse, spem non abiecimus.
7. Cum periculum patriae instat, populo persuadet ut resistat.
8. Dum in agris vagamur, captivo obviam ivimus qui ex carcere effugerat.
9. Ne tu quidem dices ei parcendum esse cum Corintho redierit.
10. Dum messis colligebatur, militibus se reficere licebat.



## Exercise 113

Ex quo tempore rempublicam administravi, nihil quidem praetermisi quin patriae meae consulerem, sed semper putavi hanc nostram patriam ceteris exemplo esse debere. Maiores nostri libertatem magni aestimabant : cum barbari in Graeciam incursionem facerent, urbe egressi in naves conscendebant ut summa vi resisterent. Tamen hoc pro certo habeo, neminem eis persuadere potuisse ut sociis deessent, ut eos quos se defensuros essent polliciti proderent. Datur hodie occasio demonstrandi his nos maioribus non indignos esse : hac dimissa non solum patriam in periculum adducemus sed ipsi odio erimus dum homines eum, qui fidem non praestet, iure contemnent.

## Exercise 114

Est in hac urbe templum in quo oppidani deos suos colunt. Ad hoc templum, cum iste Agrigenti esset, nocte turba servorum subito venit. Clamatum est a custodibus qui, cum se defendere conarentur, facile repellebantur. Haec dum aguntur, nuntius per vias cucurrit, clamans impetum in deos, non ab hostibus, sed a servorum manu fieri. Nemo erat Agrigenti animo vel corpore tam infirmo quin illa nocte surgeret telumque caperet ad templum defendendum. Interea servi statuam demoliri frustra conabantur : subito templum cingunt Agrigentini : lapidibus iactis fugae se mandant huius praeclari imperatoris nocturni milites.

## Exercise 115

Milo, cum in curia mansisset dum senatus dimissus est domum venit ut vestitum mutaret: paucas horas moratus dum uxor se parat ad iter profectus est; obviam iit ei Clodius expeditus, in equo, sine impedimentis, uxore, Graecis comitibus, quanquam non ita solebat iter facere. Statim complures eorum qui cum Clodio erant, impetu in Milonem a loco superiore facto, raedarium occiderunt: cum se defenderet alii eum a tergo, alii servos eius oppugnaverunt. Quorum alii occisi sunt, alii, cum audivissent dominum occisum esse, nec imperante illo nec sciente, fecerunt id quod boni servi erat in tali re facere: Clodium occiderunt.

## Exercise 116

Nos, qui in hac civitate nati sumus, scimus quot beneficia a legibus acceperimus, quam felices esse putemur ab eis qui pari libertate non utantur. Haec commoda maiores nostri adepti nobis tradiderunt: ipsi adhuc nihil fecimus quod eis nos dignos faciat. Oportet nos hodie demonstrare nos harum rerum non immemores esse. Dum urbs incolumis esse videbatur, dum hostes nobis nulli minabantur, nemo invitus arma sumere cogebatur: nunc a populo potenti oppugnati sumus qui bellum gerere constituit dum nos in potestatem redigat. Recte igitur coget nos civitas arma capere: sed ne exspectemus dum cogamur: ultro auxilium profiteamur.



## Exercise 117

1. Si Romanos ad bellum lacesses, te poenitebit.
2. Si talium rerum imperitus es, hoc consilium tibi relinquendum erit.
3. Si hoc scivissem, aegre tulissem.
4. Nisi hanc epistulam scripsisset, equidem in urbe mansissem.
5. Si eum roges cur fecerit, non respondeat.
6. Si exercitus bipartito progredietur, vincetur.
7. Si ventus cras secundus erit, navem solvemus.
8. Nisi lapsus esset, superavisset.
9. Si fidem praestabit, ei ignoscam.
10. Si dubitavisset impetum facere, hostes effugissent.

## Exercise 118

1. Si lex iussa esset, hoc consilium nobis relinquendum fuit.
2. Per senatum stabat quominus lex iuberetur.
3. Si plebem contemnis, rempublicam administrare non debes.
4. Si numerum tormentorum auxissemus, civitas nunc incolumis esset.
5. Si milites tui totam noctem epulabuntur et bibent, mane vincentur.
6. Si coniurationi interfuisset, reus factus esset.
7. Si exspectavisset dum venirem, subvenire potui.
8. Si nunc mihi iratus es, cras te pudebit.
9. Si ad urbem confugias, tutus sis.
10. Si omnes difficultates superavit, bonus imperator fuit.

## Exercise 119

1. Si obsidione destiteris, milites semper te contemnent.
2. Si mane proficisceris, inscio rege effugies.
3. Nisi senex questus esset, non culpatus esset.
4. Si plures naves aedificemus, facile hostes paucis mensibus vincamus.
5. Si soleres labores ferre, non nunc querereris.
6. Nisi ad oppidum media nocte perveneris, hostes omnes cives trucidaverint.
7. Si diem constituisses, venissem.
8. Nisi hunc hominem comprehendes, ipse reus fies.
9. Noli eum ulcisci, si in potestatem tuam venerit.
10. Si summam imperii usurpavisset, civibus displicuisset.

## Exercise 120

Iamdudum pro certo habetis nullos unquam hostes in fines vestros incursionem facturos: iamdudum eos, qui identidem vos monuerunt grave periculum civitati minari, temere aspernamini. Si voluissetis eis parere qui hortabantur ut plures naves aedificaretis numerumque militum augeretis, hoc bellum prohibere potuistis. Si omnibus demonstravissetis vos libertatem, quam tanti aestimatis, armis defendere velle, nemo vos adoriri ausus esset. Non hodie vos culparem si negligentiae vos poeniteret, si confiteremini vos deceptos esse, si vos viderem nihil praetermittere quin vinceretis. Sed facere non possum quin putem vos ne nunc quidem credere periculum grave esse: si quis audet vera loqui, proditorem vocatis et accusatis quod hostibus faveat.



## Exercise 121

Si hos labores, haec pericula non pro vobis sed contra vos suscepissem, si patriae meae bellum indixissem, vix maiore me poena affecissetis, quem, ad saevum bellum cum forti exercitu missum, quantum in vobis fuit morte omnium miserrima fame confecistis. Hacine spe populus Romanus liberos ad bellum mittit ? Haec praemia sunt pro vulneribus et sanguine totiens pro civibus effuso ? Identidem litteras scripsi, nuntios misi : respondetis vos nihil facere posse. Si milites transfugiant, si secundam occasionem nactus ipse in aliam terram confugiam, de vobis hostes poenas sumant. Si paucis mensibus hoc vobis discrimen obeundum erit, nolite nos culpare ; vos ipsos culpate qui eos, quibus subvenire debuistis, reliqueritis.

## Exercise 122

1. Quando constitues Athenas ire ?
2. Philosophus quidam dixit longam vitam oneri esse hominibus.
3. Si quis hoc tibi dixit, te decipere conabatur.
4. Quisquis me ad urbem secutus erit praemium accipiet.
5. Nescio quis confessus est se epistulam scripsisse.
6. Suos quisque liberos defendat.
7. Quivis, si vult, patriae legibus parere potest.
8. Noli putare te a rege absolutum iri.
9. Per consulem stabat quominus comprehendereris.
10. Plus apud populum vales quam quisquam alius.

## Exercise 123

Si quis mihi dixisset te, populi Romani amicum, aliquando talem orationem apud hoc concilium habiturum, ei non credidissem : respondissem eum qui tot beneficia a nobis accepisset nunquam tam immemorem fore ut hostibus saevissimis consuleret. Alii te culpabunt quod amicis in summum periculum adductis defeceris, alii laudabunt quod bello, e quo putares nec te nec cives tuos ullum fructum percipere posse, non temere interfueris. Malo equidem tantum demonstrare ne usui quidem esse a nobis deficere. Si vicerimus, vos ulciscemur : si victi erimus, ei qui nunc se amicos esse simulant libertatem conservare non sinent nec nos aderimus qui praesidio vobis simus. Quivis veteribus sociis deserendis novos socios adipisci potest, sed sapientissimus quisque mavult eorum fidem sequi a quibus nunquam frustra auxilium petiverint.

## Exercise 124

Multa nocte a castris cum una cohorte profectus est, partim pabulandi causa, partim ut cognosceret ubi hostes consedissent. Veritus ne in insidias incideret suos quemque comites summa diligentia spectare et silentio procedere iussit. Si quis hostium eos vidisset omnes ad unum interfecti essent, sed dux tanta peritia iter delegerat ut usque ad stationes Germanorum insciis vigiliis progrederentur. Tum miles quidam, qui noctu iter facere non solitus erat, in fossam delapsus est : ceteri cum proruissent in tenebris inter se perturbabantur. Veritus ne sonus a custodum nonnullis audiretur invitus ad castra re infecta redire coactus est. Ita dimissa est occasio cognoscendi quot essent hostes et quo in loco consedissent.



## Exercise 125

Ei qui bello intersunt non semper intellegunt quamobrem bellum revera geratur. Oratoribus certo qui apud plebem contionantur, imperatoribus qui exercitus educunt, militibus qui sanguinem effundunt, legatis qui pacis condiciones faciunt, satis manifesta causa belli videtur : tamen suas quisque partes agit in re cuius ipsi auctores non sunt, cuius ipsi sunt inscii. Quicquid efficiunt, ad magnum aliquid, ipsis incognitum, efficiendum confert. Credit se quisque eorum causam suscipere quorum praesertim se causam suscipere velit, ita ut in eodem exercitu alii omnium libertatem, alii regiam potestatem se conservare existiment : tandem multis post annis, mortuis illis, manifestum fit quae res tum revera decreta sit.

## Exercise 126

Vir erat qui antiquitus sine dubio regnum petiisset si reipublicae interfuisset. Quicquid in animo habebat efficere, id summa laude efficiebat nec unquam periculis vel difficultatibus deterrebatur quominus opus quod suscepisset perficeret. Cum data erat occasio orationem apud plebem habendi admonebat eos saepe ab eis qui civitati praeessent deceptos esse, nec dubitabat magistratus accusare quod cives spoliavissent. Quae cum ita essent aliorum odium et invidiam subibat, ab aliis laudabatur quod privatos contra regem et nobiles defendisset. Constat eum virum magno ingenio fuisse et in hoc discrimine apud eos, quibus olim maxime displicuisset, multam auctoritatem habuisse.

## Exercise 127

1. Quanquam tacebat, maiestatis damnatus est.
2. Etsi plures naves instruantur, superstites proficisci nolint.
3. Quanquam dignum se praebuerat qui imperium obtineret, consul non creatus est.
4. Insons esse videbatur, quanquam multi erant qui accusare vellent.
5. Etsi confiteberis te pecuniam accepisse, milites te usque ad mortem sequentur.
6. Quanquam cohors dimissa erat, Athenis multos menses mansit.
7. Etsi ei qui rempublicam administrant me pro patria pugnare iubebunt, periculo me non obiciam.
8. Etsi me interroget quamobrem consilium tuum neglexerim, non respondeam.
9. Quanquam multam auctoritatem apud milites habere dicebatur, non aptus existimatus est qui exercitui imperaret.
10. Etsi vicissemus, privatis tributum non imposuissemus.

## Exercise 128

1. Quanquam ubique hospitio affectus est, nemo ei credere videbatur.
2. Quamvis magnam auctoritatem habeas, legibus a te parendum est.
3. Etsi exercitum educere solitus essem, dubitavissem in illo discrimine tanto me periculo obicere.
4. Etsi contumeliis me lacessiveris, non consentiam.
5. Quamvis multas epistulas scribam, amici mei semper aegre ferunt quod non plures scribam.
6. Etsi hostes in fines nostros incursionem facient, non desperabit.
7. Quanquam nesciebam quid in animo haberet facere, secutus sum.
8. Die constituto interfectus est, quanquam patriae leges nunquam violaverat.
9. Quamvis multas lacrimas effundas, quivis videre potest te nocentem esse.
10. Etsi rex esset, non tacerem.



## Exercise 129

Britanni, quanquam ad externas terras saepe eunt, externis institutis uti saepe nolunt. Plerique dicunt eos alias gentes contemnere quod ipsi in insula habitent et se reliquis hominibus praestare reantur. Hoc tamen non verum est. Gallus, cum ad Britanniam venit, pauca templa visit, paucorum amicorum hospitio utitur, deinde ad Galliam quam celerrime redit. Britanni, etsi patriam amant, ab ea multos annos abesse libenter volunt; colonias in omnes partes deduxerunt et eis quos bello vicerunt leges imponunt. Gallis, quanquam propter comitatem aptos se praebuerunt ad studium aliarum gentium conciliandum, non facile persuaderi potest ut summam imperii inter barbaros aliquos usurpandi causa patria sua discedant.

## Exercise 130

Ceteris in rebus, patres conscripti, credo omnibus ex usu esse me aperte dicere quid faciendum esse existimem: in hac non expedit me sententiam ferre. Si ei qui hoc concilium convocaverunt me prius consuluissent, suasissem ne rem tam difficilem susciperent. Mihi nec tacere honestum est nec facile loqui, quia non praetoris vel consulis officio fungor: maius aliquid ab imperatore postulatur, et cum omnes se laudandos esse putent si rem prospere gerant, si quando peccatur, ego solus culpor. Nunc a me petunt aliqui vestrum ut contra divitum luxum orationem habeam: sed si lex de hac re feratur, idem primi clament optimo cuique exitium parari, neminem tutum fore.

## Exercise 131

1. Nostri in proelium irruerunt, quasi salus civitatis in se solis poneretur.

2. Sicut praedixeram, hostes cum sociis nostris consentire non potuerunt.

3. Romani fortissime pugnabant, quasi Caesar ipse adesset.

4. Orationem habuit quasi exemplo esset omnibus hominibus.

5. Aliter agere videtur atque amici eius exspectaverunt.

6. Milites epulabantur et bibebant, quasi iam vicissent.

7. Cohortem conferto agmine progredi iussit, sicut semper solitus erat.

8. Tot iuvenes in urbe non video quot abhinc tres annos vidi.

9. Ita loquebatur quasi mea interesset bellum conficere.

10. Aliud est hostes contemnere ac victoriam reportare.

## Exercise 132

Quis nostra interesse existimat leges ferre quibus parere cives cogere non possimus ? Si quid nondum vetitum est, omnes timent ne vetetur : si, quanquam vetitum est, poena non afficiuntur quod legem violaverunt, nihil est quod obstet quominus peccent. Illa, de quibus questi estis, parva sunt : vos quasi totius civitatis salus in eis poneretur loquebamini. Cur haec urbs antea tam valida fuit ? Quia sibi quisque moderabatur, quia unius urbis cives eramus. Nunc victoriis externis aliena, civilibus etiam nostra consumere didicimus. Nemo aegre ferre videtur quod Italia externi auxili indiget, quod cotidie populi Romani cibus trans mare navibus portatur. Haec, patres conscripti, neglecta reipublicae exitio erunt.



## Exercise 133

In hoc bello administrando imperator quem novis copiis praefeceramus, sicut omnes exspectaverant, dignum se fide praebuit. Quasi solitus esset multos annos imperium obtinere, severa disciplina, miro studio mox tantam apud suos auctoritatem habuit ut contra hostes, qui armis, numero, peritia praestabant, usque ad mortem sequi vellent. Si occasionem aequo Marte dimicandi habuisset, bellum ante hiemem confecisset : hanc autem occasionem hostes, quasi scirent nos tandem ducem invenisse quem contemnere non auderent, non dabant. Nam etsi identidem omnia periclitabatur ut iustum proelium committeret, obviam ibant veteranae hostium copiae tanto maiores ut se recipere cogeretur. Tum, cum manifestum esset consilio, non vi, vincendum esse, legatis convocatis quid fieri vellet exposuit.

## Exercise 134

1. Eos, quos accusavisset, maiestatis damnatos esse.

2. Conferto agmine progrederentur ut hostibus obviam irent.

3. Cur se illos eorum incommodorum admonere ?

4. Se sequerentur : poenas de Romanis sumerent.

5. Si ad urbem confugerent, se ignavos habitum iri.

6. Si eum sceleris poeniteret, se ei ignoscere.

7. Ubi se urbem pulchriorem invenisse ?

8. Quicquid ageret, pro virili parte ageret.

9. Nisi hostes obsidionem reliquissent, se fame perituros fuisse.

10. Milites hortaretur ut imperatoris mortem ulciscerentur.

## Exercise 135

1. Cur vellet apud plebem contionari ?
2. Ne simularent se cum consule consensisse.
3. Si de pace agere vellent, dari iam occasionem.
4. Non esse dubium quin facile sociorum studium conciliaturus esset.
5. Num se credere bellum mox confectum iri ?
6. Ubi speraret se cum ceteris ducibus collocuturum esse ?
7. Iuberet milites signa ferre: spem non amittendam esse.
8. Si properavissent, se ad urbem ante noctem perventuros fuisse.
9. Exemplo essent natu maiores : ceteros secuturos.
10. Si illo die fide ille se dignum praebuisset, cohorti se illum praefecturum.

## Exercise 136

Populo ante portas urbis convocato Doria affirmavit se maius praemium non cupere quam quod iterum eos libertate potitos videret: malle se civem quam regem appellari, nec potentiam vel regnum sibi postulare, sed eos passurum constituere quemadmodum civitatem administrari vellent. Haec verba summo gaudio et studio audiebat populus. Duodecim viri delecti qui novas leges ferrent. Constat Doriae virtutem et exemplum apud cives plurimum valuisse ; rixarum, quibus tam diu civitas laboraret, oblitos omnium consensu constituisse patriae soli studere.



## Exercise 137

Affirmavit diem quem et ipse et illi tam diu exspectarent tandem appropinquare ; totam belli fortunam in illorum virtute positam esse ; rem uno proelio decretum iri : maximi interesse vincere, seu praemia victoriae seu cladem victis non vitandam respicerent: si milites veterani tirones temere aggredi ausos perrumpere possent, bellum prospere eventurum: si tamen solitam virtutem non praestarent, turpem mortem ignaviae poenam fore. Se ipsum, tam forti exercitu colligendo, nihil quod ad hominem attineret praetermisisse quin victoriam exploratam haberet: hostium ducem foedere violando causam sibi dedisse sperandi deos quoque sibi fauturos.

## Exercise 138

Bellum, quod tum per totum fere orbem terrarum gereretur, ortum esse e re quae primo ad se ipsos non attineret. Conatos pro virili parte pacem conservare, cum id non diutius fieri posset, illud se egisse ut quam plurimis obstarent quominus bello interessent. Cum tandem manifestum fuisset aut sociis esse subveniendum aut foedera violanda, ipsos bellum indixisse neque facti se poenitere. In tali re neminem sine maxima ignominia amicis deesse potuisse. Minatum esse populum magnum et potentem parvae civitati, amicitia sibi et foederibus coniunctae, quae nihil aliud peteret nisi ut libertatem suam conservaret. Nunquam id officium tam fortiter esse susceptum quam a rege populoque Belgico.

**Initia Latina.** A Book of Latin Grammar, Translations, and Exercises for Beginners, dealing with the Simple Sentence, and with the Accidence to the end of the Regular Verbs. *By* E. D. MANSFIELD, M.A. *Crown 8vo. 2s.*

A Latin Version, 3*s.* 6*d.* net, postage 2*d.* To be obtained direct from the Publishers only, by authenticated Teachers.

**Exercises in Latin Prose.** With Notes and Vocabularies. *By* E. D. MANSFIELD, M.A. *Crown 8vo.* 2*s.* 6*d.* net.

A Latin Version, 5*s.* net, postage 2*d.* To be obtained direct from the Publishers only, by authenticated Teachers.

**First Latin Lessons.** *By* C. M. DIX, M.A., *Head Master of Longbridge Place Preparatory School, and Latin and Greek Lecturer in the Birmingham and Midland Institute. Crown 8vo.* 2*s.*

The aim of this book is to teach elementary Latin by means of easy but carefully graduated Stories, Conversations, and incidents from Roman history, and by English Exercises based on the Latin text.

**Second Latin Lessons.** By the same Author. 2*s.* 6*d.*

This book begins where '**First Latin Lessons**' leave off, and is intended to lead up to the reading of a Latin Author.

**First Latin Book.** Being the First Year of a Two Years' Course preparatory to Cæsar. *By* C. A. WILLIAMS, M.A., *Assistant Master at Mercers' School, E.C. Crown 8vo.* 2*s.*

It contains the commonest words, phrases, and constructions used by Cæsar (Board of Education Circular, 574), and is confined to the Simple Sentence. It has both Latin-English and English-Latin Exercises, and the Grammar is summarised at the end.

**Second Latin Book.** Being the Second Year of a Two Years' Course preparatory to Cæsar. By the same Author. *Crown 8vo.* 2*s.* 6*d.*

A continuation on the same lines as the **First Latin Book**, and taking pupils to the point where they ought to read Cæsar easily.

**First Latin Translation Book.** Containing 173 Latin Passages, with Preparations, Notes, and a Latin-English Vocabulary; and English Exercises for Re-translation, with an English-Latin Vocabulary.
*By* A. H. THOMAS, M.A.
With a Preface by J. ARNOLD TURNER, B.A., *Assistant Master at Haileybury College. Crown 8vo.* 1*s.* 6*d.*

**Latin Lessons for Beginners.** Seventy Exercises, Latin-English and English-Latin, suitable for the Lowest Forms of Schools, with all necessary Grammar on the page with the Exercises and Vocabularies.
*By* A. R. S. HALLIDIE, M.A. *Crown 8vo.* 1*s.* 6*d.*

**First Lessons in Latin Grammar and Translation.**
*By* W. GREENSTOCK, B.A., *Assistant Master at Malvern College. Author of 'A Primer of Greek Exercises.' Crown 8vo.* 2*s.* 6*d.*

The book forms an introduction to continuous narrative and contains 115 exercises, with Latin-English and some English-Latin sentences illustrating carefully graduated lessons of Accidence and Syntax.

---

**First Lessons in Latin Grammar and Translation.** By W. GREENSTOCK. 2s. 6d.
**First Latin Lessons.** For Preparatory and Secondary Schools. By C. M. DIX. 2s.
**Second Latin Lessons.** By the same Author. 2s. 6d.
**First Latin Book.** Preparatory to Cæsar. By C. A. WILLIAMS. 2s.
**Second Latin Book.** Preparatory to Cæsar. By the same Author. 2s. 6d.
**Latin Lessons for Beginners.** By A. S. R. HALLIDIE. 1s. 6d.
**Elementary Latin Exercises.** By HILLARD and BOTTING. 2s. 6d.
**Latin Prose Composition** for Middle Forms. By M. A. NORTH and A. E. HILLARD. 3s. 6d.
**Rivingtons' Class Books of Latin Unseens.** (a) Six books for Fourth Forms; and (b) Five books for Fifth Forms. 6d. each net.
**Easy Latin Unseens.** In Three Books. Prose and Verse together:— Book I., 6d. net; Book II., 6d. net. Book III., **Verse only.** 6d. net.
**First Latin Translation Book.** By TURNER and THOMAS. 1s. 6d.
**Initia Latina.** By E. D. MANSFIELD. 2s.
**Exercises in Latin Prose.** By E. D. MANSFIELD. 2s. 6d. net.
**A Primer of Latin Grammar.** By W. MODLEN. 2s. 6d. Or separately: **Accidence**, 1s. **Syntax**, 1s. 6d.
**Advanced Manual of Latin Prose Composition.** By B. D. TURNER. 5s.
**A Latin Verse Book.** For Junior Students. By A. H. THOMAS. 3s. 6d.
***Rivingtons' Graded First Latin Books.*** A new and modern set of six cheap books for beginners in Latin. **Books I., II., III., IV.**, 1s. each net (*ready*). **Books V. and VI.** (*to follow*).
***Rivingtons' Single Term Latin Readers***
**First Term.** *Three Books*, 8d. each net.
**Second Term.** *Three Books*, 1s. each net.
**Third Term.** *Three Books*, 1s. each net.
**Fourth Term.** *Three Books*, 1s. each net.
**Fifth Term.** *Three Books*, 1s. 4d. each net.
**Sixth Term.** *Three Books*, 9d. each net.
***Rivingtons' Middle Form Classics.***
**Livy.** Books I., II., and V. 2s. each.
**Euripides' Hercules Furens.** 1s. 6d.
**The Retreat from Syracuse.** 1s. 6d.
**The Siege of Plataea.** 1s. 6d.
**Brasidas in Thrace.** 1s. 6d.

**A Primer of Greek Grammar.** By E. ABBOTT and E. D. MANSFIELD. 3s. 6d. net, or separately:— **Accidence.** 2s. 6d. net. **Syntax.** 1s. 6d. net.
**A Primer of Greek Exercises.** Based on, and adapted to, the above. By W. GREENSTOCK. 3s. 6d.
**Elementary Greek Exercises.** By A. E. HILLARD and C. G. BOTTING. 2s. 6d.
**Greek Prose Composition.** By M. A. NORTH and A. E. HILLARD. 3s. 6d.
**A First Greek Reading Book.** By ARTHUR SIDGWICK. 2s. 6d.
**Greek Sentence Construction.** By ARTHUR SIDGWICK. 1s. 6d.
***Rivingtons' Single Term Greek Readers***
**First Term.**—*Three Books*, 9d. each net.
**Second Term.**—*Two Books*, 9d. each net.
**Third Term.**—*Two Books*, 9d. each net.
**An Elementary History of Greece.** By C. W. C. OMAN. 2s.
**A Short History of Greece.** By W. S. ROBINSON. 3s.
**A Short History of Rome.** By W. S. ROBINSON. 3s. 6d.
**A History of Rome.** For Middle and Upper Forms. By J. L. MYRES. 5s.
**British History.** From the Earliest Times to the Present Day. By L. CECIL SMITH. One Vol., 5s., or Two Periods:— **I. To 1485.** 2s. 6d. **II. To 1912.** 3s. 6d.
**A Junior British History.** By R. L. GIVEEN and F. W. BEWSHER. 1 Vol., 3s., or in 2 Parts, 1s. 6d. each.
**Notes on British History.** W. EDWARDS. **Part I. To 1485.** 2s. **II. To 1660.** 2s. **III. To 1783.** 2s. **IV. To 1901.** 4s. 6d., all net. **Parts I.–IV.** in 1 Vol. 10s. 6d. net.
**Junior British History Notes.** **Parts I., II., III.**, 1s. each net. **Part IV.**, 2s. net.
**A First History of England.** By MRS. CYRIL RANSOME. 2s. 6d.
**An Elementary History of England.** By C. RANSOME. 1s. 9d.
**A Class Book of English History.** By A. HASSALL. 1 Vol., 3s. 6d., or in Two Parts: **I. To 1603. II. To 1910.** 2s. each.
**An Advanced History of England.** By C. RANSOME. 1 Vol., 7s. 6d. Or, in Two Parts: **I. To 1603. II. To 1910.** 4s. each.


iii. 1916.]

By ARTHUR D. INNES.
**A History of England and the British Empire.** In Four Volumes. With Maps and Plans. 6s. each net. Vol. I., **to 1485.** Vol. II., **1485–1688.** Vol. III., **1689–1802.** Vol. IV., **1802–1914.** Library Edition, 10s. 6d. net each vol.
**General Political History from the Earliest Times.** One Vol., 3s. 6d., or Two Parts, 2s. each:— **I. To 1470. II. To 1904.**
**An Outline of British History.** One Vol. 4s. 6d., or Two Parts: **I. To 1760.** 2s. 6d. **II. To 1910.** 2s.
**Junior British History.** 2s. 6d.
**England's Industrial Development: A Historical Survey.** 5s. net.

By W. S. ROBINSON.
**The Story of England.**
**Part I. Early Times to 1272.** 2s.
**Part II. 1272 to 1603.** 2s.
**Parts I. and II.** in 1 Vol. 3s. 6d.
**Part III. 1603 to 1760.** 2s.
**Part IV. 1760 to 1912.** 2s. 6d.
**Parts III. and IV.** in 1 Vol. 4s.
**An Illustrated History of England.** One Vol., 3s. 6d., or in Two Periods: **I. To 1660. II. To 1910.** 2s. each.
**A Short British History.** One Vol., 2s. 6d. Or Two Periods 1s. 4d. each. **Period I. To Elizabeth, 1603. Period II. To George V.**

By Canon WHITHAM.
**Readings in Old Testament History.** Bible Text only, 2s. 6d.; or in Two Parts, 1s. 3d. each
2. The Readings only, 2s. 6d.
3. Text and Readings, One Vol., 4s. 6d.
**Old Testament History.** From the Creation to the time of Christ. 1 Vol., 4s. 6d.; or 2 Parts, 2s. 6d. each.
**Short Old Testament History.** 1 Vol., 2s. 6d., or 2 Parts, 1s. 3d. each.
**The Life of our Blessed Lord.** A narrative from the Text of the R.V. With Notes. 3s. 6d. Also "The Life of our Lord," **the Bible text only,** as a Narrative. 2s.
**Short New Testament History.** 1 Vol., 2s. 6d., or 2 Parts, 1s. 3d. each.

By Canon GLAZEBROOK.
**Bible Lessons for the Young.** The O. Test. in selections from the A.V. 2s. 6d. net, or Two Parts, 1s. 3d. each net.
**Notes and Outlines for Bible Lessons.** For Teachers using "Bible Lessons for the Young." 3s. 6d. net.
**Bible Lessons and Notes and Outlines** also in 1 Vol., 4s. 6d. net.

Edited by DR. A. E. HILLARD.
**Rivingtons' Books of the Bible.** **Genesis—Exodus—Joshua—Judges—Ruth and I. Samuel—II. Samuel—I. Kings—II. Kings—Ezra and Nehemiah—Amos—St. Matthew's Gospel—St. Mark's Gospel—St. Luke's Gospel—St. John's Gospel.** 1s. 6d. each—**The Acts.** 2s.
**A Continuous Narrative of the Life of Christ.** 2s. 6d.

By W. G. BORCHARDT.
**Practical Arithmetic for Schools.** Complete, 3s. 6d.; with Answers, 4s. 6d., *or in Two Parts*:— Part I., 2s.; with Answers, 2s. 6d. Part II., 2s.; with Answers, 2s. 6d.
**A Key Complete**, 10s. 6d. net. Or Part I., 4s. 6d. net. Part II., 6s. net.
**Examples only**, with or without Answers, 3s. *Or in Two Parts*:— Part I., 1s. 6d. Part II., 2s.
**Junior Practical Arithmetic.** 2s. **Examples only**, 1s. 6d.
**Arithmetical Types and Examples.** Complete. 3s. 6d. **The Examples separately.** 3s.
**Junior Arithmetic.** 1s. 6d.; with Answers, 2s. **Examples separately**, with or without Answers. 1s. 6d. each.
**Elementary Algebra.** Complete, 3s. 6d.; with Answers, 4s. 6d. Part I., 2s. 6d.; with Answers, 3s. Part II., 2s.; with Answers, 2s. 6d. Key, 10s. net; *in 2 Parts*, 5s. each net. **The Examples separately.** 3s. *Or in Two Parts:* Part I., 1s. 6d.; with Answers, 2s. Part II., 2s.
**Revision Papers in Algebra.** 1s. 6d.; with Answers, 2s.
**Junior Algebra.** Complete. 2s. 6d. **The Examples separately.** 2s.
**Elementary Statics.** 4s. 6d. A Key. 10s. 6d. net.
**A School Geometry.** By CHAMPION and LANE. 3s. 6d.
**A Course of Geometry—Theoretical and Practical.** By A. H. BELL. 2s. 6d.